




**Ioannis Despauterii Ninivitae Grammaticae institutionis libri septem, unà cum eiusdem carminum succincta enucleatione, et dictionum compendiaria interpretatione.**

<https://hdl.handle.net/1874/422375>



# IOAN-

NIS DESPAVTERII NI-  
 niuit & Grammaticæ institutionis libri  
 septem, unâ cum eiusdem carminum  
 succincta enucleatione, et dictio-  
 num compendiarâ in-  
 terpretatione

COLONIAE IOANNES GY-  
 mnicus excudebat ANNO  
 M. D. XXXII.



Ioannes Gymnicus lectori candido salutem.  
**N**olim quisquam hanc sibi persuasionem in ani-  
mum inducat, lector æquissime, hoc consilio à  
me hæc Ioannis Despauterij grāmaticas insti-  
tutiones in hunc modum formis excusas, quasi ea quæ  
hic non sunt addita, uelut parum frugifera obelo notan-  
da censeam. Absit sane procul à me tanta temeritas, ut  
ea quæ doctissimorum hominum calculo sunt compro-  
bata, & quæ tanto studio, labore, uigilijs in studiose pur-  
bis utilitatem elucubrauit, à me censoria nota damnetur.  
Quo autem instituti huius mei aliqua tibi conficit ra-  
tationum illud saluberrimum præceptum

Quicquid præcipies, esto breuis, ut cito dicta  
Percipiant animi dociles, teneantq; fideles.

Omne superuacuum pleno de pectore manat.

Iam quis non animaduertit ( modo ne omnis profusus  
iudicij sit expers ) multa in Despauterij libris esse, quæ  
primæ puerorū institutioni sint nō satis cōducibilia, imò  
quæ puerilis ingenij captum excedant? Deinde in ea sem-  
per sui sententia, pueritiam, quam ad aliquam eruditio-  
nis frugem uelimus adolefcere, post prima gramma-  
tes elementa imbibira, ad poetarum & reliquorū id ge-  
nus autorum prælectionem esse transferendam. In qui-  
bus & præceptis exempla à præceptoribus conferantur,  
& uocabulorū natiua uis significatioque adaperiatur.  
Postremo subijt animum meum literatores quosdā sola  
Despauterij carmina suis discipulis prælegere cepisse:  
quod ipsum quidem pro acri eorum iudicio no pessime  
facere haud eo inficias. Verum enim uero mihi neminem  
uicissim negaturum opinor, non abs re adulescentulorū  
futurum, si inter præcepta tradenda exemplorū aliquis  
eis gustus exhibeatur. Hæ sunt causæ optime lector, quæ  
me induxerūt, ut Despauterium in hoc compendium à  
quodā uiro utriusq; literaturæ peritia minime protrita  
artifice cōstringi curarim, atq; ex mea officina calcogra-  
phica in publicum prodire permiserim. Vale.

Grana

# GRAM-

MATICAE DESPAVTERIANAE

liber primus de nominum generibus.

Regulae generales.



Mne uiro soli quod conuenit,  
esto uirile.

Omne uiri specie pictū uir di-  
citur esse.

Omne nomen soli uiro datum,  
est masculini generis, ut Ioannes,  
Gabriel, Iupiter, Papa. Vir hic di-

citur esse quicquid ut uir pingitur: ueluti Adam, Deus,  
Angelus. Genera tribus modis noscuntur: Significatio-  
ne, ut Ioannes est masculini generis, quia marem signifi-  
cat. Terminatiōe, ut Vulpes est feminini generis, quia  
terminatur in es. Autoritate, ut Talpa aliquādo est ma-  
sculini generis, quia Vergilius dixit: Talpæ oculis capti.

Esto femineum, recipit quod femina tantum.  
Femina dicatur facie pictum muliebri.

Omne nomē soli feminæ datū, est feminini generis.  
Femina hic dicit, quicquid specie muliebri pingitur, ut  
dea, nympa, furia, &c. ueluti Venus, Echo, Alecto, &c.

Quicquid utriq; datur commune locatur, ut exul.

Omne nomē sub una terminatiōe uiro & feminæ da-  
tum, est communis generis: ut Exul, qui uel quæ exulat. Exul  
Auriga, qui uel quæ currum agit. Idololatra, qui uel quæ Auriga  
falsos deos adorat. Homicida, qui uel quæ hominem occidit. Idolola-  
træ. Macedo, qui uel quæ in Macedonia nascitur. Sic Sa- tra  
xo, Brito, Friso, Laurēs, &c. Sed melius dicimus, Frisus, Homicida  
Frisia. Dixi sub una terminatione, quia ubi diuersæ  
sunt terminationes, diuersa sunt genera, ut hic Gallus,  
hæc Galla, hic poeta, hæc poetis uel poetria.



DE GENERIBVS NOMINVM

Vm neutrum pones, hominum si propria tolles.

Omne nomen in um est neutri generis, nisi fuerit uiri aut fœminæ proprium, ut Mancipium, id est, seruus uel serua. Scortum, id est, meretrix, uel puer meritorius. Dixi nisi fuerit uiri aut fœminæ proprium, quia proprium uiri in um est masculini generis, ut Pægnium, Dinacium: Proprium fœminæ, est fœminini generis, ut Philænium.

Adiectiua trium generum communia sunt.

Omne nomen adiectiuum est omnis generis si unica sit terminatio, ut felix, audax, discors, quatuor, quinque, sex, & cœtera, centum, mille. Dicimus enim, centum uiri, centum fœminæ, centum poma: sic mille uiri, & cœtera. Mille tamen aliquando est substantiuum singularis numeri, cuius plurale est milia, ut mille equitum occisum est, duo milia Turcarum interierunt, & ita unico l scribitur, teste Placentino.

Esto genus uarium, fuerit nisi terminus idem.

In substantiuis uirum & fœminam significantibus, & in adiectiuis si terminationes sint diuersæ, distinguuntur genera: ut hic caupo, uini & epularum uenditor: hæc caupona, quæ id facit mulier, & ipsa taberna: hic & hæc melior, & hoc melius: hic surdus hæc surda hoc surdum. In substantiuis sexum denotantibus, ubi duæ sunt terminationes, prior est masculini generis, & posterior fœminini, hic Niniuita, Sunamita, Israelita, Leuita, & alia eiusmodi propè infinita, quæ gentem aut populum, aut familiam, aut imitorem significant, hic Teucer hæc Teucra, id est, Troian<sup>9</sup>, Troiana, sed eiusmodi nomina possunt esse adiectiua: ut apher, aphra, aphrû: ueluti bellâ Troianû, & cœtera. Sic Gall<sup>9</sup> Gallâ, Teutonus, Teutona: hic Cres, hæc Cressa: hic Lacon hæc Lacœna. Adiectiua secundæ declinationis omnia tribus uocibus flectuntur, quorum secunda est primæ declinatiõis, ut bonus bona bonum, niger nigra nigrum, satur

Teucer

LIBER PRIMVS.

fatur futura futurum. Talia sunt omnia participia præteriti & futuri temporis: ut lectus lecturus legendus. Talia quoque sunt numeralia tantum pluralia ex centum creata, ducenti, trecenti. Item unus ullus, & cætera pronomena meus tuus, & cætera, quibus omnibus negantur articuli cum ego, tu, sui, & omnibus indeclinabilibus, præter nostras & uestras, teste Lanciloto. Adiectiua tertie declinationis plurima sub unica terminatione omnis generis sunt: ut Arpinas, clemens, felix. Multa etiã duas terminationes habent: ut hic & hæc melior & hoc melius: sic cætera comparatiua, hic & hæc fortis & hoc forte, sic omnia adiectiua in is. Et in istis prior uox est communis generis posterior neutri. Pauca sunt adiectiua in er masculini generis, in is forminini, in e neutri, ut campester, campestris, campestre, id est, ad campum pertinens. Volucer, uolucris, uolucres, id est, uelox aut uolãs. Alacer, id est, gestu latitiam indicans. Dicimus etiam hic & hæc alacris & hoc alacre. Acer acris acre, id est, fortis & uehemens, acrimonia, uehementia. Pedester pedestris pedestre, id est, pertinens ad pedites, ut pedester exercitus. Equester, equestris, equestre, id est ad equites pertinens, ut equester exercitus, equestre certamẽ. Syluester, syluestris, syluestre, ad syluã pertinens. Celeber, celebris, celebre, id est, nobilis, late famatus, & frequẽs, ut celebrer homo. Dicitur etiam hic & hæc celebris & hoc celebre. Celer, celeris, celere, id est, uelox. Celero, celeras, celeriter facio: accelero idem. Saluber, salubris, salubre, sanita-tem adferens, quam qui habet sanus dicitur. Insaluber nõ saluber. Dicitur etiam hic & hæc salubris & hoc salubre. Paluster, ad paludem pertinens uel paludem incolens, ut paluster locus, canna palustris. Mediocer, mediocris, mediocres, teste Phoca, id est, medio modo se habens. Sequester, sequestris, sequestre, id est, medians inter litigantes. Ludicrus, ludicra, ludicrum, id est, ad ludum pertinens.

Cãpester

Volucer

Alacer

Acer

Pedester

Equester

Syluester

Celeber

Celer

Saluber

Sequester

Mobile pro fixo, tacitum si subfit, habetur.

A

3

Quod

## DE GENERIBVS NOMINVM

**Quod** si non tacitum subfit, neutri generis sit.

Adiectiuum per se positum, propter aliquid perpetuo subauditum, putatur esse substantiuum eius generis cuius est subauditum: ut molaris substantiuum est, quia intelligitur dens uel lapis. Si nihil subaudiatur, erit neutri generis: ut antecedens, id est, oratio aliam inferens. Consequens, id est, oratio ex alia illata. Alia ad hanc regulam spectantia post declarabuntur.

**Masculinum** fluuij nomen decet usque reponi.

Nomen fluuij est masculini generis, ut Tiberis, sequana, lisa, tenera, garumna, pantagias. Sed in unum neutra sunt per generalem regulam ante dictam: ut crustumiu, & cætera. Styx & lethe semper feminina sunt, quia paludes esse dicuntur potius quam fluuij. Sic Aretusa quia fons est, & ad nympham poetæ respiciunt. Plura declarabuntur in regula sequenti.

**Communis** proprio quãdoq; genus lego iunctum.

**Bubo** Nomen minus commune quandoque respicit genus superioris uel communioris, ut bubo est masculini generis, ut sermo. Ouidius:

Ignauus bubo dirum mortalibus omen.

Magis cõmune uel superius auis, est feminini generis. Sic dicimus magna bubo, quia intelligit auis. Vergilius quarto Aeneidos:

Solæque culminibus ferali carmine bubo Visa queri.

**Ossa** Secundo itaq; per hanc regulam, nomina montium in diuerso genere interim leguntur: ut Ossa mons Thessaliæ est feminini generis, ut penna, musa, & cætera. Papius: Si quando niualem Othin & arctox gelidum caput institit Ossæ. Interdum masculine reperitur, quia intelligitur mons per hanc regulam. Ouidius in Ibin:

Vtq; dedit saltus è summo Thessalus Ossa.

Tertio, per hanc regulam, nomina fluuiorum feminina inueniuntur, quia intelligitur aqua. Nos inuentis tantum utamur, ut Albula, id est, tiberis. Sic fluuiorum nomina, Mu-



LIBER PRIMVS.

na, Mulucha Turia & muthul neutra legunt, testis sunt Mulucha Turia  
 diuus Augustinus & Nessus Fuscus uetustissimus gram- Turia  
 maticus. Quarto, per hanc regulam, fabularum nomina Fabulæ  
 sunt fœminini generis, quia intelligitur superius fabula nomina  
 uel comœdia uel tragœdia. Quinto, nomina nauium per Cœtaurus  
 hanc regulam, sunt generis fœminini, quia eius generis  
 est superi<sup>9</sup> nauis, ut Cœtaurus. Huc etiam reduci possent  
 urbiũ & gemmarũ noĩa, sed suo loco manifestabunt.

Insula, & urbs, regio capit hæc, neutrũ genus optat  
 Zeugma, Reate, Argos, Præneste, & Tibur, & Ipsal  
 Cære, Nepet: neutrũ uel masculineum dabit Anxur.

Hoc Cim uult, hic aut hæc donat Lesbos, Abydos.

Hic Sulmo, hic Acragas. Pluralia in i maribus do.

A plurale genus neutrum sibi poscit ubique.

Insularum, regionũ, & urbiũ noĩa, fœminina sunt. In-  
 sularũ quidẽ, ut Samos, Sason, Britannia. Regionum, ut Castulo  
 Aegyptus, Aphrica. Vrbiũ, ut Ephesus, Castulo, Tarraco, Lesbos  
 Corinthus, Hierusalẽ. Chios insula maris Aegæi. Hęc Lesbos  
 Lesbos insulæ nomẽ, ut Neritos, &c. Est fœminini gene- Abydos  
 ris. Abydos, urbs Asiæ. Poetæ aliquãdo terminationẽ a Gadir  
 spiciũt, & sic Lesbos & Abydos masculina legunt. Gadir,  
 urbs in Gadibus fœminini generis est, ut reliqua. Tar-  
 tessum ciuitatẽ quam nunc Tyrĩ mutato nomine Gadir  
 habet. At tm̃ in neutro genere reperi. Zeugma, atis op- Zeugma  
 pidum ab Alexãdro conditũ. Reate oppidum Umbriæ. Reate  
 Argos, oppidum Græciæ. Præneste, oppidum Italiæ. Ti Argos  
 bur, oppidum Italiæ. Cære, cæris oppidum quoddam. Præneste  
 Etiam neutro genere Cærete cæretis, dicitur. Nepet, op- Tibur  
 pidi nomen neutrum est. Anxur, urbs Italiæ dubij gene- Cære  
 ris est. Sulmo, Ouidij patria masculini est. Sic Acragas, Nepet  
 acragantis, tam pro nomine q̃ pro oppido masculini le- Anxur  
 gitur. Pluralia in i sunt masculini generis quicquid si- Sulmo  
 gnificent, itaq; uolo regulã esse generalẽ, non solũ exce- Acragas  
 ptionẽ a dicta regula. Inter hæc oppidorũ nomina sunt



DE GENERIBVS NOMINVM

Philippi, Vei, Gabi, Campi, Parrhisi, Bergi. Cuncta pluralia in a neutra sunt, utilia, exta. Inter hæc oppidorum nomina sunt Baetra, Cythera, Artaxata, Susa, Hierosolyma, licet singulariter aliquando hæc Susa, hæc Hierosolyma legamus.

Arboris est nomen muliebre: dat hic oleastrum  
 Vt spinus: platanon. At acer thus, robur habet hoc,

Arbor uixq; siler: dabit hic aut hoc tibi suber.

Hic aut hæc libanus, pinus rubus, atq; cupressus.

Nomen arboris est fœminini generis: ut pomus, pirus, prunus, populus, quercus, æsculus, salix, abies, ficus, fraxinus, malus, morus. Malus autem arbor est, quæ uulgo pomus dicitur. Nam pomus generale est ad prunum, pirum, & cætera. Fagus, boeboem. Sambucus, uliender boem. Buxus, busboem: inuenitur aliquando masculini.

**Vlmus** Taxus huls. Vlm<sup>9</sup>, arbor alba, cuius uirgis uapulât pueri, ut ex Plautina lectione facile deprehenditur. In unum desinentia siue arbores, siue fructum significant neutra sunt per regulâ prius positâ: ut hebenû, pomum. Quæ

**In unum fructum significant.** in unum desinunt sæpius fructus significât: ut pirû, prunum. Sed nux, ficus, glans, auellana, & quædam alia eodem seruato genere arborem fructumq; significant. Malus masculinum, est lignum ueliferum. A regula exci-

**Oleaster** piuntur quædam: ut Oleaster, syluestris olea. Platanon est arboris nomen, aut potius locus platanis constitus.

**Platanon** Neutra sunt quædam arborum nomina, ut acer. Robur uel robur, species quercus durissimæ. Siler, arbuscula uel frutex potius quàm arbor. Vulgo salix dicitur. Suber

**Suber** ber, sæpius neutri generis, eyn corckboem. Libanus, arboris nomen. Arbor est thurifera, unde & pro thure accipitur, quod & libanum dicitur. Libanicus thureus. Pinus

**Pinus** nus & cupressus nunc fœminina solum habentur, licet olim masculine prolata sint. Rubus sentis genus, frutex potius est quàm arbor.

**Rubus** Ex se nullius generis pro nomine sumptum, Est

## LIBER PRIMVS.

Est neutrum: ceu litera, uox quoque materialis.

Dictio ex sua significatione nõ recipiens genus, ut de eo in nomine loquimur, si pro nomine sumatur, erit neutri generis: ut omnis litera & uox materialiter posita: ueluti pulchrum scire, longum a, homo terminatum in o facit genitiuum hominis. Exempla huius regulæ sunt quadruplicia. Primo, uerbum loco nominis, ut sumens illud aue, id est, illam salutationem, id per infinitiuum sæpius fit. Persius:

Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter.

Id est, scientia tua. Idem:

At pulchrũ est digito mōstrari & dici hic est. Idẽ:

Velle suum cuique est, nec uoto uiuitur uno.

Valerius Maximus libro sexto: Velle ac posse in æquo positũ erat. Secundo, aduerbiũ loco nominis. Persius:

Nempe hoc assidue iam clarum mane fenestras

Intrat, & angustas extendit lumine rimas. Idem:

Iam cras hesternum consumpsimus, ecce aliud cras.

Tertio nomina literarum aut ipsæ literæ neutri generis sunt. Hieronymus: Nõ pertrãssit neq; unum iota neque unus apex, tota est litera Græca, hoc est i. Quarto, Materialis uox.

uox materialiter accepta est neutri generis: ut distyllabum homo in o terminatur, Martialis:

Quod tam grande sophos clamat tibi turba togata,

Non tu Pomponi, cœna diferta tua est.

Vox uel scriptura materialiter sumitur, quando seclusa significatione pro mera uoce uel scriptura capitur: & quãdo sensus est, illa dictio, illud uerbum, illa oratio, ut homo in o desinit, id est, illa uox homo, & cetera. Causa uocabuli est, quia omnis dictio habet ipsam uocem uel scripturam tanq̃ materiam, & significationem tanq̃ formam. Veruntamen ueteres non dicunt dictionem materialiter sumi, sed technice. Per hãc regulam etiam sic loquuntur: Pulchrũ benedicamus. Paschale kyrie eleison, Kyrie eleison.

& est oratio syllabarum septem, significans domine miserere. Non libeter dixero, legi unũ miserere mei Deus:

## DE GENERIBVS NOMINVM

duo de profundis, sed legi semel miserere, bis de profundis, legi orationē dominicam bis, non duo pater noster. Salutationem angelicam, non aue maria, symbolū apostolorum, non credo in deum, & cætera.

Quæ signant uolucres una sub uoce ferasq;

Et piscis sexu non certo, sunt epicœna.

Epicœnum genus.

Epicœni generis dictio est, quæ sub uno articulo significat utrunque sexum, etiam in nominibus animalium in quibus sexus non facile dinoscitur, ut in nominibus auium, ueluti aquila, passer, anser, Pica picus, pſitacus, olor uel cygnus, philomena uel luscinia uel aedon, struthio, turdus uel coturnix, merula, achātis, perdix, otus, nisus, & cætera. Gallus, gallina, epicœna non sunt, quia sexus facile cernitur. Columba epicœnum est, licet retiam pro mare hic columbus dicatur. Hic œstrus uel hoc œstrum, uolatile apis magnitudine bobus apibusq; infestum. Si abest sexus non dicitur epicœnum, uti nec pullex, apex, musca, anguilla, & cætera. Secundo, epicœna sunt piscium nomina, ut balena maxima belua marina. Cetus omnis magnus piscis. Cetarius marinorum piscium uenditor. Cetaria, fossa prope mare, in quo capiuntur cete. Murena, piscis similis anguillæ, hinc murenula torques, uel ornamentum colli. Sepia, piscis habens atramentum pro sanguine, & ponitur pro atramento.

Tertio, nomina ferarum ubi sexus difficulter noscitur epicœna sunt: ut uulpes, mustela, cuniculus, & cætera, ad discernendum sexum dicimus cygnus mas, cygnus femina. Dicitur nunc quoq; lupus lupa, ursus urſa, leo lea uel leæna. Si quis roget mustela cuius generis, sic respondeto: Mustela est epicœni generis sub articulo hæc, quia terminatur in a, & cætera. Græca & alia non Latina sæpe retinent genus suum, ut lampas, damas, etiam terminatione mutata, ut hæc diphthongus, hic propheta uel prophetes, hic Geta, populi nomen, femininum est Geris, idis, hic organista, farmata & cætera.

Regu

LIBER PRIMVS.

Regulæ generum speciales.

**H**æc dat a, do neutris cum pascha mammona, manna.

Nomina in a sunt fœminini generis, ut Situla uas quo hauriæ aqua. Pustula, cutis inflatio. Stipula calamus frumenti. Fistula, musicum instrumentum, quo flatu caniæ. Musa carmen uel carminis Dea. Mammona, id est, pecunia uel diuitiæ. Manna, cœlestis cibus neutra sunt inclinabilia. Pascha, neutrum primæ, teste Placentino, licet multi per tertiam paschatis declinare malint.

Situla  
Pustula  
Stipula  
Fistula  
Musa  
Mammona  
Manna  
Pascha

Adria masculinum datur, atque cometa, planeta.

Tria sunt masculina, Adria, Cometa, Planeta. Adria, est sinus maris, uel ipsum mare Adriaticum. Adria, uerbis nomen fœmininum est, per regulam: Insula & urbs regio, & cætera. Cometa, uel cometes, stella crinita. Planeta, interpretatur erro, erroris. Sunt autem planetæ, stellæ erraticæ, ut Saturnus, Iupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna.

Adria  
Cometa  
Planeta

Hic aut hæc talpæ, cum panthera dato damæ.

Tria in a sunt dubij generis: hic aut hæc talpa, hic uel melius hæc panthera, hic aut hæc dama. Dama, capra syluestris. Panthera, animal maculosum,

Dama

Sit neutri generis, per a quicquid tertia flectit.

Nomen tertiæ declinationis in a desinens, est neutri generis: ut scomma, iocosa irrisio. Problema, id est, propositio, aut quæstio, sine u. Anathema, maledictio. Diadema, pretiosus pannus, qui capiti regio circumdatur. Pneuma, id est, spiritus.

Scommma  
Problema  
Diadema

Hoc dat e: Fœmineo generi do Græcula primæ.

Nomen in e est neutri generis, ut Cubile, lectus: cubiculum, cella dormitoria. Sedile, id est, sedes. Excipiunt a regula noia in e Græca primæ declinationis, quæ sunt fœminini generis: ut synanche, id est, angina, Nympe, id est,

Cubile  
Sedile



DE GENERIBVS NOMINVM

id est, nympha, formosa puella, spōsa & semidea uel dea.  
Epitome, abbreviatio. Ethice, moralis scientia.

In neutrum pono, Finita per o maribus do.

Omne nomen in i singulare, est neutri generis indecli-  
nabile: ut Gummi, uiscus ex arboribus fluens. Nauci pu-  
tamen nucis. Sinapi mostert. Moly herba & flos.

Finita per o, & cætera,

**Cento** Nomen in o est masculinum, ut Cento, stragulum le-  
**Tyro** sti crassum & uillosum. Tyro, nouus & rudis miles. Ti-  
**Titio** tio, lignum semiuustum. Scipio, stipes & uiri nomen.  
**Scipio** Pondo loca neutri: uerbale io cum caro uult hæc.

Talio iungatur, posuit quod Valla uirile.

Excipitur à reg ula pondo neutri generis, id est, libra.  
Secundo excipiuntur nomina uerbalia in io, quæ sunt  
fœminini generis, & caro: ueluti, religio, à relinquendo  
uel religando, & cætera. Portio quasi parcio, concio à  
conciare, & cætera. Natio, progenies aut gens. Ratio,  
qua bonum à malo discernimus, & computatio: ut red-  
de rationem uillicationis tuæ: & respectus, habe ratione  
tam duces. Religio, dei cultus. Portio, pars. Talio, fœmi-  
nini est contra Vallam.

Iungito fœmineis do go, Sed mascula sunt o.

**Aliàs Du-** Ordo, udo, harpago, cudo, ligo: Sed dubitabis  
**bitantis** Margo, cupido, quibus iungūt cum cardine budo.  
**Formido** Nomina in do, & go, sunt fœminini generis: ut For-  
mido, timor. Sartago frixorium. Siligo, est tritici speci-  
**Lanugo** es, unde optimus fit panis, qui filigineus dicitur. Lanu-  
go, prima barba, & in flosculis quædā quasi lana. Sic grā  
do, arundo, dulcedo, imago, & cætera. Excipiuntur pau-  
**Ordo** ca ex hac exceptiōe: nam masculini generis sunt: Ordo,  
**Vdo** id est, in suo cuiusq; loco collocatio. Vdo, calceamēti ge-  
**Harpago** nus. Harpago, harpagonis, telum in summitate adficum  
quo

LIBER PRIMVS.

quo nauigia capiuntur, Vel instrumentum quo capiuntur, quæ in puteum uel in flumen deciderint. Cudo, cardonis, uel codo, capitis ornamentum ex corio. Ligo, feramentum quo purgantur fossæ. Dubij generis sunt hic & hæc margo, id est, cuiusq; rei extremitas. Cupido, pro cupiditate. Pro amoris deo solum masculinum est. Car-

Cudo

Cupido

do, quo ianua mouetur.  
V, c neutra loco d, uel l r: sed hæc dabit halec,  
Aut hoc: Sol, mugil dant hic, ut sal qd & hoc uult.

Nomina desinentia in u, c, d, l, t, sunt neutri generis: ut cornu, gelu, lac, quid. Tribunal, sedes iudicis. Toral, uel stis qua torus ornatur. Ceruical, puluinus qui capiti aut ceruici supponitur. Sic animal, uectigal, & cætera. mel, fel, subtel pro cauo pedis. Nil, nihil sine c, quia fiunt à nihilum, & hoc à ni pro non, & hilum, id est, nigri fabæ, & quiduis nullius pretij. Caput, sinciput, occiput. Sinciput, est anterior pars capitis. Occiput, uero posterior.

Tribunal

Toral

Ceruical

Sinciput

Occiput

Excipiuntur à regula pauca: Nam halec tam femini- ni quàm neutri est pro pisce qui sola aqua nutritur & pro quodâ liquamine ex intestinis piscium. Tot, qd, totidem aliquot, & idem significans quodcumq; adiectiua sunt omnis generis, per regulam: Adiectiua trium, & cætera. Quid substantiuum est, quod adiectiuum. Tot & totidem, id est, tam multi. Quot, quàm multi. Aliquot, id est aliquantum multi. Hic sol, mundi oculus. Mugil piscis capitosus, qui in metu abscondito capite, torum se occultari putat. Sal nunc est masculinum, olim etiam neutrum. Columella, Sal acer & ficus.

Mugil

Sal

An in on maribus dantur, Sint neutra secundæ  
Hic aut hæc Python: Sindon muliebris & Icon.

Nomina desinentia in an, uel in on, masculina sunt: ut titã, id est sol. Pæan, id est hymnus & Apollo. Azã mons quidam. Delphin piscis quidã & astrum. Agon certamẽ, Dæmon, id est, diabolus, interpretatur sciens. Canon, id est, regula Excipiuntur à regula nomina in on, secundæ de-

Titan

de

DE GENERIBVS NOMINVM

dæ declinationis, quæ Latini plerunq; uertunt in um, & sunt neutri generis: ut colon, id est, membrû. Icon, id est imago, fœminini est.

En neutrum pono, mas est cum pectine lichen,

Et ren, siue rien, atagen, splen, iunge lienem.

**Fulmen** Nomen in en est neutrum. Flumen, id est, fluuius. Fulmen, ignis ingenti uelocitate è nubibus decidens. Excipiuntur à regula pauca masculina. Pecten, est quo pectuntur capillus, & quo crines percutiuntur, & cratis dentata ad colendam terram, & pubes, & est instrumentû te-

**Lichen** xtorum dictû, q̄ fila in telis figat. Lichen, id est, mêtagra

**Ren** talis morbus. Ren siue rien, uiscus quoddã reut. dye nyere. Atagen significat auem quandam delicati saporis, ualde uocalem, sed captã mox obmutescentem.

Ar petit hoc: Sed lucar auis cum baccare uult hæc.

Nunc iubar hoc tantû poscit, iubar hic dedit olim.

**Lupanar** Nomina in ar sunt neutra, ut lupanar, domus luparum, id est meretricû. Calcar, id est, ferreus stimulus ad calcar alligatus ad urgēdos equos. Cochlear quo formemus. Puluinar, Laquear, Torcular, & cætera. Excipiuntur duo fœminina. Lucar, pro aue prima luce suauiter canente. Bacchar uel baccaris, herba quædam sine aspiratione: bacchar cum aspiratione neutri generis, est uas uinariû quod baccharium quoque & bacchium dicitur. Iubar, sol uel ipsius splendor, nunc est neutrum, olim etiam masculinum.

**Bacar**

**Iubar**

Er petit hic: Terræ hoc fœtus (cucumer nisi) poscit,

Huber, iter, uerber, cancer terræ, atq; cadauer,

Ver, spinter, tuber: Dabit hic aut hæc tibi linter.

Nomina in er, siue declinationis secundæ, siue terciæ, sunt masculini generis: ut anser, passer, ager, & cætera. Sic uesper siue pro stella uespertina, siue tempore serotino. Excipiuntur à regula quædã nomina terciæ declinationis

natio

LIBER PRIMVS.

nationis neutri generis, ut fructus terræ significātia, ueluti papauer, herba, semē soporiferū habens. Cicer, quod dam legūmen est superius acutum. Sic piper, zinziber, & si qua sunt similia. Cucumer tamen masculinum est, uerū sepius in nominatiuo cucumis legitur, herba quædam est. Neutra etiam sunt quæ sequuntur. Huber, mamma pecoris. Iter, itio uel actus eundi: & aliquando uia. Verber uerberandi instrumentum. Cancer, pro morbo quodam, tertiæ declinationis, neutri generis est apud ueteres. Cadauer, à cadēdo, est corp<sup>9</sup> mortuū. Ver, anni pars tēperatio. Spinter, fibula mulieris, id est, unicus quo uestes neſtūtur. Tuber priore lōga, est terræ calius. Metaphoricos pro quouis tumore capitur. Ter. Tuber est torū caput. Liter nauicula, Etiā est lignū cauatū.

Huber

Verber

Cancer

Cadauer

Iter

Tuber

Ir iunges maribus, neutri generis tamen est hir.

Nomen in ir est masculinum, ut uir, & gentile Treuir, At Hir, id est, uola manus est neutrum. (æquor.

Hic dat or: hæc arbor, cor adorq; hoc, marmor, &

Nomen in or masculinum est, ut Mæror, uehemens dolor. Rumor, populi sermo. Fulgor, id est, splendor. Sic amor, albor, dulcor, ualor, & cætera. Vnicum est femininum arbor. Quatuor sunt in or neutra. Cor, fons & radix uitæ. Ador, frumentum quoddam. Marmor, genus lapidis. Aequor, id est, mare, aliquando etiam campus aut aer. Nam proprie dicitur superficies rei, ab aqua, cui æqua superficies est, quum non fluctuat.

Mæror.

Rumor

Fulgor

Cor

Ador

Marmor

Aequor

Hoc dat ur, hic fuffur capiet cum uulture turtur.

Nomen in ur est neutri generis, ut Murmur, leuis aquæ strepitus, licet pro quouis strepitu capiatur. Guttur est fistula colli. Guttur, est uasculum superne angustum unde liquor guttatim effunditur. Tria excipiuntur à regula masculini generis: Fuffur purgamentum farinae. Vultur auis rapax & carniuora. Turtur eiñ dorrelduue.

Guttur

Vultur

As petit hæc: neutrum est uas uasis, fasq; nefasq;

Atq;



DE GENERIBVS NOMINVM

Atq; ceras: Vult as hic assis, ut omnia primæ  
Nomina, quib; addes adamas, elephas, acragasq;.

**Charitas** Nomen in as feminini generis, ut Charitas cum h, id  
**Facultas** est dilectio. Caritas sine h, id est, pretiositas. Facultas, id  
**Vas, uasis** est, possibilitas, ars, possessio. Excipiuntur à regula qua  
**Nefas** tuor neutra. Vas, quando genitiuus est uasis, quod conti  
**Ceras** net aliquid. Fas, licitum. Nefas, illicitum: nec flectuntur.  
**As** Ceras, Ceradis, cuiusdam loci nomen. Masculina uero  
**Boreas** sunt: As assis, id est, libra, duodecim uncias continens: pro  
**Satanas** numo, & pro tota possessione: ut hæres ex asse, id est, to  
**Adamas** ta possessione. Masculina etiam sunt omnia primæ decli  
**Elephas** nationis nomina in as: ut Boreas, uentus qui & aquilo  
**Acragas** dicitur. Satanas, dæmon. His iunguntur Adamas, lapil  
lus pretiosus. Elephas, maximum animal. Acragas, pro  
monte & similiter pro oppido.

*miles equo loco pro  
tammis et uisus  
Indiget aries uas  
in aries et hares  
et aries, est hares  
fugit suorum et hares*

Es sit femineum: tudes hic uult, poples, & ames,

Pes, aries, paries, palmes cum limite stipes,  
Et fomes, trames, termes, cum gurgite cespes,  
Et uerres, merges, quibus addito Græca, diesq;

Tempore pro certo, cum prole: dat hæc ita raro.

**Apes** Nomen in es feminini generis, ut Apes, bestiola nota.  
**Moles** Moleş, id est, magnitudo. Proles, filius aut filia. Cædes,  
**Proles** interfectio. Sedes id est, sedile. Rupes, altus & præruptus  
**Cædes** locus. Sic teges, seges, res, species. Excipiuntur à regula  
**Sedes** quædam in es nomina masculini generis, ut Tudes mal  
**Tudes** leus à tundendo dict<sup>9</sup>. Poples, curuatura sub genu. Ames  
**Poples** sine h, baculus quo sustentatur rete aucuparium. Pes, una  
**Ames** pars corporis. Sub hoc comprehenduntur semipes, id est,  
**Pes** dimidium pedis. Sesquipies, id est, pes & dimidium pedis.  
**Sonipes & Cornipes**, id est, equus. Pes totū dicitur à fe  
more ad calcem. Partes eius sunt coxendix, siue coxa,  
femur, femem, genu, poples, crus, sura, & calx, qui pes  
**Aries** imus dicitur. Aries, masculus ouium, & quoddam instru  
mentum

L I B E R P R I M V S.

mentum bellicum. **Paries**, murus domus ex quacunque materia. **Palme**, ramus uitis. **Limes**, lignum aut lapis agros distinguens, & quicumque terminus. **Stipes**, fustis terræ defixus, & quicumque baculus. **Fomes**, id est, nutrimentum, à souendo dicitur, ut uinū est fomes libidinis. **Fomes** **Trames**, uia uel transitus à transmeo. **Termes**, surculus arboris. **Gurges**, profundus in flumine locus. **Cæspes**, frustum terræ graminosæ. **Verres**, porcus non castratus: nam castratus dicitur maialis. **Merges**, manipulus spicæ rum. **Masculina** quoque nomina Græca, ut planetes pro phetes, cometes, sophistes, priamides.

**Hippomanes** neutrum dabimus, uelut æs, caoethes.

Neutri generis sunt hippomanes, & quod per æ diphthongum scribit æs, & caoethes. **Hippomanes**, uirus ab equa collectum, uel caruncula in fronte pulli equini hominem ad insaniam redigens. **Hippos**, id est, equos aut equa: mania, insania. **Aes** quoddam metallum. **Capitur** pro pecunia. **Alienum** æs, pecunia debita. **Caoethes**, malus mos. **Caoethes** **Cæsus** adolefcens caoethes uitet iniquum.

**Is** dabo femineis: sunt mascula piscis & axis, **Glis**, callis, uermis, sotularis, acynacis, orbis, **Et cenchris**, uectis, postis, cum sanguine, fascis, **Et fustis**, mensis, collis, caulis quoque follis, **Et cassis**, torris, quibus addes pollis, & cnfis, **Sic delphis**, cucumis, uomis compositaque ab asse **In is** finitum, lagis, unguis, aqualis, aprilis.

**Nomen** in is est femininum, ut **Bilis**, cholera & ira, **Ne moueas** mihi bilem. **Cratis**, rara connexio ferramentorum aut lignorum. **Hinc** cratis ferrea, uimineæ, & cætera. **Vallis**, locus decliuus. **Basis**, lapis aut lignum portans columnam aut statuam. **Tolluntur** à regula multa masculini generis: ut piscis. **Axis**, stipes, uel lignum teres, circa quod rota currus uertitur. **Glis** animal non ab simile

DE GENERIBVS NOMINVM

**Callis** muri. Callis, uia trita. Vermis eyn worm. Sotularis, id  
 Vermis est, calceus. Acynacis, id est, gladius. Orbis, res rotunda.  
**Sotularis** circulus. Cenchris, quidā serpens. Vectis, instrumentū q̄  
 Orbis clauditur ostiū: est quoq; lignū teres quo aliquid uehit  
**Cenchris** aut portatur, ut uectes arcæ. Postis, latus ianux aut por  
 Vectis tæ. Sanguis, id est, cruor. Proprie tamen sanguis qui est  
 Postis intra uenas: cruor, fusus siue sanies. Fascis, pōcus, aut res  
**Sanguis** ligata ad portandū. Fustis baculus. Mensis notum. Col  
 Fascis lis, id est, monticulus. Caulis, stipes herbæ. Follis, instru  
**Mensis** mentum quo attrahitur & emittit uentus. Cassis intelli  
 Collis ge dū rete signat, nam pro galea fœminini generis est.  
**Caulis** Torris, lignū ardens uel adustū. Pollis flos tritici. Ensis,  
 Follis id est, gladius. Delphis, id est, delphin, maris bellua, & si  
**Cassis** gnum cœleste. Cucumis, herba cuius fructus pepo. Vo  
 Torris mis ferramentū aratri. Masculina etiā sunt cōposita ab  
 Pollis asse, ut semis, id est, dimidiū assis. Tressis, id est, tres ponde  
 Ensis Sic octussis, decussis, uigessis, cētussis & c. quę sunt ponde  
**Delphis** rum aut numorū nomina. Tressis, quasi adiectiuū capiti.  
 Cucumis Persius: Dama est nō tressis agaso. Masculina item sunt  
 Vomis in is finita, ut panis. Penis, id est, cauda. Funis, id est, re  
 Tressis stis. Crinis. Lienis, id est, lien. Ignis, & c. Vnguis, durities  
 Penis digitorum tam in auibus cæterisq; bestijs, q̄ in homine.  
 Funis Aqualis, uas in quo affertur aqua. Aprilis, nomen mēsis.  
 Crinis Sic masculini sunt Sextilis, Quintilis, quia per naturam  
 Lienis adiectiua sunt, at quasi substātiua ponunt, quia intelligi  
 Ignis tur masculinū mensis. Ouis pro animali, fœminini est.  
 Vnguis Hic aut hæc finis, clunis, cum corbe canalis.  
**Aqualis** Anguis, & halcyonis, torquis, puluis, cinis, amnis.  
**Aprilis** Nomina hic posita sunt dubij generis. Finis, terminus  
 Finis siue extremitas in unaqua; re. Clunis, nates, siue natis  
 Clunis tumor. Corbis, uas uimineum. Canalis, lignum cauatis,  
**Canalis** aut quiduis aliud, per quod aqua fluit in uis. Anguis ser  
**Halcyonis** pens. Halcyonis, auis maritima in arenis medio ferè hyc  
 Torquis mis oua deponens. Dicitur etiā hæc halcyon & halcyon  
 Amnis ne. Torquis, colli ornamentum & summi pectoris, ut cir  
 Funis culus aureus flexilis obtortus. Amnis, fluuius. Funis, id  
 est,



LIBER PRIMVS.

est, retis. Retis, pro rete, feminini esse dicunt. Plautus Retis  
tamen masculine dixit in Rudente: Non uides proferre  
me uuidum retem sine squamoso pecut

Os maribus detur: sint neutra chaos, melos os, os.

Atq; epos: hæc arbos, dices, cui iungito, cos, dos.

Cum multis Græcis, per us hæc uertere Latini.

Nomen in os desinēs, est masculinum, ut Ros, humor Ros  
qui sereno tempore fluit superne. Excipiuntur à regula Chaos  
pauca neutri generis. Chaos, confusa rerum materies, Melos  
pro nocte & inferno, ut tetrum chaos illabitur. Melos, Os  
id est, dulcis modulatio. Os, oris, & os, ossis, nota sunt. Argos  
Epos carmen. Feminina sunt, Arbos, id est, arbor. Cos, Cos  
lapis quo ferrum acuitur. Dos, quod spōso cum uxore Dos  
datur. Capitur pro quouis dono uel gratia. Glos, id est, Glos  
mariti soror uel fratris uxor, ex significatione feminini Papyros  
ni generis est, per regulam: Esto femineum. Feminina Balanos  
sunt multa Græca in os, quæ in us uertunt Latini: ut Pa Eremos  
pyros aut papyrus, frutex uel arbuscula Aegypti, unde Periodos  
siebant chartæ in quibus scribebant: nunc ex linteolis cō Biblos  
tritis sit, priore retento nomine. Balanos aut balanus, Diphthom  
id est, nux aut glans. Eremos uel Eremus, locus desertus. gos  
Periodos uel periodus, id est circuitus. Methodos uel me Thecoto  
thodus, id est, trāsitus & doctrina. Synodos uel synodus. tos  
id est, cōuentus. Exodos uel exod<sup>o</sup>, id est, exitus. Biblos, Abyssos  
id est, papyrus, iuncus, & liber. Hinc biblion, id est, libel-  
lus. Diphthōgos uel diphthōgus, unicus duarū uocalium  
sonus. Theotocos, id est, mater Dei. Abyssos uel abyssus,  
immensa profunditas. Iudicia Dei abyssus multa.

Us mas non ternæ: quod ternæ est dicito neutrum.

Nomina in us secūde aut quartę declinatiōis, sunt gene-  
ris masculini. Tertię uero neutri. Exēpla prioris partis,  
Aceruus, id est, cumulus: aceruo, aceruas, id est, cumulo. Aceruus  
cumulas. Mānus, equus māsuetus & paru<sup>o</sup>. Neuus, macu Mannus  
la in corpore. Lēbus, nauis piscatoria. Sic auditus, cult<sup>o</sup>. Neuus  
gustus, fructus, satus, &c. Exēpla posterioris partis, ut Lembus  
corpus,



DE GENERIBVS NOMINVM

corpus, hulus, uulnus, thus, rus, onus, pectus, tempus, stus, munus, & cætera. Excipiuntur multa in us Græca fœminini generis secundæ declinationis, quæ Græce in os desinunt, ut papyrus, arctus, balanus, eremus, periodus, synodus, methodus, biblus, diphthongus, abyssus, nardus, costus, crySTALLUS, alabastrus, antidotus, & multa alia per exceptionem à regula: Vs mas non ternæ. Exceptio præcessit ibi: Cum multis Græcis, per us hæc uertere Latini. Bene commendetur memoriæ, quia non repetentur.

Fœmineû dom<sup>9</sup> est, & uannus, humus, colus, aluus.

Et tribus, atq; manus, ceu porticus, ac acus, idus.

- Excipiuntur à priore parte regulæ pauca fœminini generis, domus partim secundæ, partim quartæ, ut colus: & quæ tantum secundæ declinationis sunt, uannus, humus, aluus. Reliqua sunt quartæ declinationis. Et idus tantum pluralis numeri. Domus, est ædificium ad habitandum factum ex tecto & parietibus. Improperie pro quocumq; habitaculo sumitur, ut pro templis & nidis, ferarumq; latibulis. Sumitur pro familia, pro gente, & pro patria. Vannus uas uimineum latum, aptum purgandum frumento. Humus, terra humefacta. Colus, instrumentum quod pensa continet, à quo fila fuso ducuntur. Aluus, uenter: sed proprie ea pars, qua sordes effluunt, nunc solum fœminini generis est. Olim etiam masculinû erat. Tribus, progenies. Manus, membrum notum. Manus quoq; est multitudo & potestas. Porticus, ampla domus propter repentinos imbres & umbrarum, ac deambulationis gratia ædificata. Acus instrumentum sartoris. Acus similiter fœminini generis quartæ, quæ à similitudine acus futuriæ dicuntur palcæ frumenti. Hoc acus aceris, Idus purgamentum frumenti. Idus sunt dies quidam mensis.
- Dat pecus hæc pecudis, subscusq; palusq; salusq;.
- Quæq; senex iuuenis, cum serui nomina donant.
- Et uirtus, incus: At mascula sint lepus & mus,

Et quæ

LIBER PRIMVS.

Et quæ pus donat, ueluti chytrapus, uolo iungi.

A nominibus tertiæ declinationis excipiuntur pauca, feminini generis, quæ sunt hæc: Pecus quædo genitiuus est pecudis: nam si pecoris facit neutri est. Et utrunq; significat omne animal, quod hominis sub imperio pabulo terræ pascitur, ut sunt boues, asini, equi, cameli, oues, capræ, &c. Pecus, pecoris, etiã totum gregem significat. Subscus, tabella qua tabulæ inter se configunt: quia qua Subscus immittitur, succiditur. Cato de re rustica: Subscudes ilignas adindito. Palus, terra aquosa, uel aqua nigra non Palus fluens. At palus, pali, masculini est stipes magnus. Salus, Salus incolumitas: aliquædo etiam remediũ. Senectus, id est, se Senectus necta senii, senum scilicet ætas. Iuuentus, id est, iuuenili Iuuentus tas, iuuenta, ætas scilicet iuuenum: & capitur pro ipsis iu Seruitus uenibus. Seruitus, seruiendi conditio, & seruitiũ. Virtus, Virtus est ars bene recteq; uiuendi, & proprie fortitudinẽ significat. Incus, ferramentum magnum super quod fabri cu Incus dũt. At masculini generis sunt. Lepus animal notum: & Mus. Masculina sunt Græca à pus podis, id est, pes: ut Tripus, id est, mensa tripes. Chytrapus, ferramentũ Tripus cui supponitur cacabus uel olla habens pedes. Chytra, Chytrap<sup>o</sup> est olla. Sciopus, pede umbram faciens. Antipus, homo Sciopus contra pedes nostros ambulans. Apus, hirundinis spe<sup>r</sup> Antipus cies, quasi sine pedibus, semper iacet aut uolat. Apus

Carbasus hic, aut hæc, grossus, dant grus atomusq; Lecythus atq; pharus, penus & specus & paradifus Sic alius quondam, iunge intybus atq; phaselus, Pampinus atq; arquus, pro fructu ficus, at hic uult Pro morbo, nunquam declinat quarta uirile. Hoc specus atq; penus dices, dum tertia flectit. Hic aut hoc uulgus: Solum hoc uirus pelagusq;.

Quædam in us sunt dubij generis, ut hic uel hæc carba Carbasus sus, sæpius feminini generis: Est genus lini mirę tenuita

## DE GENERIBVS NOMINVM

- Grus** tis, unde fiebant uela, quæ ob id undecunque fiunt, nunc  
**Grossus** carbasa dicuntur. Grus, epicœni generis sub hic uel hæc,  
**Atomus** auis est nota. Grossus, ficus abortiua quæ non matura  
**Lecythus** scit. Atomus, id est, corpus insecabile. Lecythus ampulla  
**Pharus** olearia. Pharos, id est, turris altissima in aliquo portu,  
 propter nauigantium salutem ad prælucendi ministeriũ  
**Penus** fabricata. Penus secũdæ uel tertix declinatiõis est omne  
**Specus** esculentũ & poculentũ quo homines uescuntur. Specus, id  
 est, spelunca, unde spectare licet, secũdæ uel quartæ decli  
 nationis, tam masculini quæ fœminini generis, tertix, id  
 solũ neutri generis, unde nunc nominatiuũ, accusatiuũ,  
**Paradisus** uocatiuumq; in usu solũ habem⁹. Paradisus, id est, poma  
 rium, & locus amœnissimus, in quo constitutus fuerat à  
 Deo homo, fœminini generis est apud Græcos: masculi  
**Phaselus** ne tamen dixit Hieronymus. Phaselus nauicula uelox &  
**Pampinus** oblonga. Pampinus, uitis ramus. Arcus uel arqus, pro  
**Arcus uel** iride tam secũdæ quæ quartæ declinationis, melius est ma  
**Arqus** sculini generis. Supparus, solum masculini est, licet olim  
**Ficus** dicatur fuisse etiam fœminini. Ficus, arbor nota, solum  
 est fœminini generis, per regulam generalẽ: & est sic se  
 cundæ uel quartæ declinationis. Pro fructu est masculi  
 ni uel fœminini generis: pro masculino quidẽ solũ secun  
 dæ declinationis, etiam morbũ quendam à similitudine  
 fici significans. Pro fœminino genere, tam secundam quæ  
 quartam declinationẽ recipit. Hæc est sententia doctissi  
**Vulgus** mi Vallæ. Vulgus, est multitudo ignobilis, tam masculi  
**Sexus** ni quæ neutri generis. Sexus, nunc masculinũ, olim etiam  
**Pelagus** neutrum fuit. Tantum neutri generis sunt, Pelagus, id  
**Virus** est, mare. Virus uenenum & grauis odor.  
 Fœmineũ est laus, fraus uelut s cui cõsona iuncta est.  
**Laus** Laus & fraus & omnia nomina desinentia in s præce  
**Fraus** dente cõsonante, sunt fœminini generis, ut trabs, plebs,  
**Trabs** puls, urbs, stirps, ars, glãs, mens, &c. Laus, proprie uir⁹  
**Plebs** & laudatio. Fraus, deceptio & periculũ. Trabs crassum  
**Hyems** lignum in ædificio. Plebs uulgus: hæc plebs, plebei, idem:  
**Vrbs** Hyems, id est, bruma. Vrbs, id est, oppidum.

Masculi



LIBER PRIMVS.

Mascula sunt pōs, fōs, mōs, seps, dū denorat anguē.

Et cum dente chalybs, assis coniungito partes,

Et polysyllaba in s dum p præponitur illi.

Excipiuntur ab illa regula quædam masculini generis & sunt hæc: Fons à fundendo, quia fundit aquam. Pons, affer, uel quiduis aliud, per quod supra aquas transimus. Mons terræ tumor altissimus. Seps, paruus serpens cuius ictu mēbra percussa putrescunt. Dens, eyn zant. Chalybe fabrefactū. Item masculina sunt nomina significātia partes assis. Vnde as est duodecim uncię. Vncia est prima pars assis. Nomina itaq; de quibus loquor, sunt: Sextans, sexta pars assis, id est, duæ uncia. Quadrans, uncia tres quasi quarta pars assis, & uocat etiā triunciū. Triens, tertia pars assis, id est, uncia quatuor. Quincunx, uncia quinque hoc in x desinit nō in ns. Semis, id est, semi as, hoc est, sex uncia. Septunx in x nō in ns, id est, uncia septē. Bes, id est, uncia octo. Dodrans, uncia nouē, quasi dempto quadrāte, & dicit nonuncium. Sextans, id est, uncia decē, quasi dempto sextante. Deunx in x, nō in ns, uncia undecim, quasi dempta uncia ab asse. Hæc nomina significānt numos & uasa. Item masculina sunt polysyllaba in ps, ut Hydrops, aqua intercus. Aethiops masculinū est, quia fœmina datur Aethiopissa.

Hic aut hæc forceps, & adeps, frōs, cū scrobe serpens. Atq; rudens, & stirps dum truncum significabit

Pauca in s desinentia præcedente consonante, sunt duobus generis, ut Forceps, instrumentū quo tenetur aliquid Adeps, id est, pinguitudo cuiuscunq; rei. Frons, semper nūc fœmininū est, siue foliū, siue capitis anteriorē partē notet. Scrobs, fossa aut puteus. Serpens, id est, anguis. Rudens, funis nauticus. Stirps pro origine uel progenie, scilicet masculinum est fœmininum. At pro trunco uel radice, tam masculini quàm fœminini generis est.

B 4 Hæc



DE GENERIBVS NOMINVM

Hæc petit x: polysyllaba in ax, & in ex maribus do.

Dic tamen hæc fornax, similax, carex uelut halax.

Addatur uibex, cum forfex, atque supellex.

- Celox** Nomina in x sunt fœminini generis, ut Celox, id est, schapha. Pax, Lex, Nox, & cætera. Excipiuntur polysyllaba, tam in ax quàm in ex, quia sunt masculini generis: ut Thorax, id est, pectus, & pectoris munimētū. Nycticorax, coruus nocturnus: à nyx, id est nox: corax, id est, coruus. Harpax, uncus quo aliquid trahit ex puteo.
- Abax** Abax, id est, abacus, mensa calculatoria, & cui uasa superponuntur. Frutex, medium quid inter arbore & herba. Pollex, primus digitus, quia præ cæteris pollet. Morfax, id est, morax, quia in ax syllaba fœminina sunt, ut pax lex. Inter polysyllaba, id est, habentia plures syllabas quàm unam, fœminini generis sunt Fornax, caminus ubi coquuntur lapides. Similax, id est, simula, genus edere flore candido olente lili.
- Halax** milax uel similax, genus edere flore candido olente lili.
- Forfex** Carex, herba acuta & durissima, similis asparago. Harpax, id est, uncus quo aliquid trahit ex puteo.
- Supellex** lex, piscis. Vibex, signum flagelli in corpore. Forfex, instrumentum sartorum quo aliquid scindunt. Supellex, res domestica.

Mascula sunt fornix, phœnix, cum mastiche uarix

Et bombix, spadix, & orix, quoq; uncia præbet.

Grex, & eryx, sandyx, uoluox, calyxq; calixq;.

- A regula, Hæc petit x, tolluntur plura masculini generis: ut Fornix, arcus in ædificijs, & quodcunque opus cõcameratum. Phœnix, auis unica. Phœnix etiam est uentus quidam & fluuius, & uir regionis phœniticæ. Mastix, mastigis, id est flagellum, utimur in compositis, ut homeromastix, id est, reprehensor Homeri & flagellator. At Spadix, mastix mastichis, pro gummi lentisci, barbarum est, et orix mastiche dicendum sit. Varix, uena tumida in corpore humano. Spadix est quidam color. Orix, animal in Capriis. Eryx, animal ex caprarum genere. Grex, pecudum multitudo. Sandix, Eryx montis Siciliae nomen. Sandix, herba quædam, & color.

LIBER PRIMVS.

coloris genus. Voluox, uermis qui & conuoluolus & in- Voluox  
uoluolus dicitur. Calyx, cum y Græco priore producta, Calyx  
mâsculini generis, folliculus, quo fructus arboris coope Calix  
ritur, Calix cum i nostro, est uas pitorium, aut etiam in  
quo legumina & cætera reponuntur.

Hic aut hæc cortex, & onix cum prole, silex, lynx.

Imbrex, calx, ramex, pumex, obicem uolo iungi.

Atq; culex, natrix. Sunt qui limax quoq; iungant.

Quædam nomina in ex, sunt dubij generis, ut hic aut  
hæc cortex: & est uelut corium cuiuscunque rei, arboris Cortex  
& cætera. Onyx, id est, unguis, & gemma candorem ha- Onyx  
bens unguis humani. Sardonyx, gemma sardi onychisq; Sardonyx  
colorem repræsentans, Silex, est lapis durissimus, unde Silex  
excutitur ignis. Lynx, est animal maculosum, ex luporū Lyns  
genere acutissime uidens, cuius urina in caculi duritiem Imbrex  
uertitur. Imbrex, est canalis in tecto, per quæ defluit im- Calx  
ber. Calx, pes imus, capitur pro cuiusq; rei fine, ut caput Pumex  
pro principio. Pumex, lapis cauernosus ad corpora leui Obex  
ganda laudatissimus. Obex, significat obiectum uel ob- Culex  
staculum, ut pessulum, seram, & cætera. Culex, uermicu- Natrix  
lus alatus. Natrix, serpens aquaticus. Limax est testudo Limax  
& cochlea terrestris, quæ & limaca à limo dicitur. Con- Coniunx  
iunx cuius generis? communis: quia uiro & femina da-  
tur per regulam: Quicquid utriq; datur.

LIBER SECVNDVS DE RE-  
gulari nominum declinatione.

Regulæ generales.



Compositum simplexq; modo  
simili gradiuntur.

Demitur exanguis: sine carmi-  
ne plura recludam.

Simplex & compositum ple-  
runque simili modo declinatur,

B 5 ut pes

## DE NOMINVM RECTA DECLIN.

ut pes & bipes. Excipitur autem à regula exanguis, quod genitiuum similem nominatiuo facit, cum simplex Exanguis sanguinis. Est autem exanguis carens sanguine, id est, ad modum pallidus uel mortuus. Tolluntur plura, nam à substantiuis facta adiectiua, in ablatiuis & quibusdã alijs casibus aliter eunt quàm simplicia. Vt caulis ablatiuum facit caule, uncaulis uero uncauli Et à manus composita sunt secundæ declinationis.

Rectũ in compositis tantummodo flectere fas est.

Alteruter rectum nescit uariare priorem.

Dictio composita ex pluribus casibus non declinatur nisi ex parte recti. Vnde si ex duobus nominatiuis conficiatur, declinatur uterq; nominatiuus, si declinationem recipiat, ut Respublica, reipublicæ, ciuitas libera quæ iure regitur. Si ex recto & obliquo fiat, aut contra, solus nominatiu<sup>9</sup> declinabil, ut tribunus plebis, urbis præfect<sup>9</sup>, iuris peritus, senatusconsultũ, plebiscitũ. Si uero nomẽ ex duobus obliquis constet, nullo modo flectitur, ut huiusmodi, quæ possunt esse orationes. A parte prima excipitur Alteruter, quod licet ex duobus rectis constet, tamẽ solũ declinat posterior rectus sic: Nominatiuo, alteruter, alterutra, alterutrũ, genitiuo alterutrius, datõ alterutri &c. i. quiuis è duobus, aut unus è duobus. Quotiescunq; alter nominatiuorũ aliquo caret, tota dictio eodem carebit: ut iusiurandũ caret genitiuo & datiuo ablatiuoq; pluralibus, quia illis ius caret. Vnusquisq; caret uocatiuo, ut quisq;. Sui ipsius caret nominatiuo, ut sui &c. Tribunus plebis, est princeps & defensor plebis. Senatusconsultũ, id est, statutũ senatorum. Plebiscitum, plebis statutum.

In neutris primus, quartus, quintus similes sunt.

Quis in a Pluralis semper quum flectimus exit.

Nomina neutri generis in quacunq; declinatione habent tres casus similes, nominatiuum, accusatiuum, uocatiuum, in utrolibet numero, & hi casus si declinent, in pluraliter terminant in a, ut nominatiuo, accusatiuo, uocatiuo.

LIBER SECVNDVS.

uo, scamnū, & in plurali scamna. Sic corp<sup>9</sup>, corpora: cornu, cornua &c. nominatiuo, actō, utō, pelagus, uulgus, uirus. Si non declinentur, non necessario pluraliter in a desinūt, ut centū, mille, tēpe. Item ambo, duo, quāuis declinent, in a non desinūt, quia omnino irregularia sunt. Est primo quintus similis: sed Græcus s aufert Sæpe uelut Thoma, Theseu, Panthu, Pari, Palla.

Vocatiuus similis est nominatiuo, ut nominatiuo musa, puer, panis, uocatiuo ō musa, puer, panis, &c. tam singulari q̄ in plurali. Ab hac regula excipiūtur primo nomina Græca in s, quæ literā s, sæpe in uocatiuo abijciūt, ut hic Aeneas, Thomas, ō Aenea, Thoma. Sic omnia primæ in as terminata. Hic Anchises, Priamides: ō Anchise, Priamide. Sic omnia in es primæ. Hic Tydeus, Orpheus: ō Tydeu, Orpheu. Hic Panthus, Oedipus, Melampus: ō Panthu, Oedipu, Melāpu. Hic Calchas, Pallas: ō Calcha, Palla. Hic Achilles, ō Achille. Hic Paris, ō Pari.

Syncopa plurali nonnunquam fit genitiuo.

Syncopa aliquando fit in genitiuo plurali. In prima quidem, ut cœlicolūm pro cœlicolarum. In secunda, ut Deūm pro deorū. In tertia, ut cœlestūm pro cœlestiū. In quarta, ut currū pro curruum. Syncopa est ablatio literæ uel syllabæ è medio dictionis. Huic est figura contraria epenthesis, quæ est adiectio literæ uel syllabæ in medio dictionis, ut alituū pro alitū, propter uersum recipit.

Syncopa

Epenthesis

Plurali similis sexto uult tertius esse.

Datiuus & ablatiuus plurales cuiuscunq; declinationis, sunt similes, ut dtō & ablatiuo magistris, manibus &c.

Prima declinatio.

**P**rima dat as, es, e, rectis, & a: patrius e uult Cum terno. Sed ab e recto genitiuus in es fit.

Casibus his Adam tantum flectunt & Abraham.

Prima declinatio habet tres terminationes nominatiuæ



## DE NOMINVM RECTA DECLIN.

As, ut Aeneas, Thomas, Damocetas, Elias, Esaias, propria uirorum omnia, praeter Boreas, uenti nomen, & Satanus, id est, diabolus. Es, ut Alcides, Chryses, Anchises, Manasses, & plura uirorum propria. Quaedam sunt appellatiua, ut cometes, prophetae, leuitae, psaltes. Priamides, id est, Priami filius aut nepos. E, ut pentecoste, festum spiritus sancti, interpretatur quinquagenaria, quia quinquagesimo die post dominicam resurrectionem celebratur. A, ut

Pentecoste

Poeta

Arca

Arca

Declinatio.

poeta, qui facit carmina. Arca, id est, cista. Arra, numus qui datur in contractibus, eyn Gods penninck: uel pars solutionis in contractus initio data, & dicitur etiam arrabo. Declinatio quid est? dictionis per casus in fine uariatio, ut haec Musa, huius Musae. Casus quid est? declinationis gradus. Quot sunt casus? Sex: Nominatiuus siue rectus, Genitiuus, qui caeteros gignit, & patrius dicitur, quia per ipsum patronymicum resoluitur, ut Priamides, Priami filius. Datiuus significat id, cui aliquid datur uel acquiritur, aut etiam commendatur: ideo commendatiuus dicitur. Accusatiuus, inacusatiuus, & causatiuus, aliquid accusari & in causa fieri ostendit. Vocatiuus uel salutatiuus, qui uocationem salutationisque dicit. Ablatiuus plerumque id a quo aliquid auferitur, significat. Vocatiuus quoque rectus dicitur, quia nominatiuus ferè similis est. Declinationes sunt quinque. Cuius declinationis, cuius personae, cuius coniugationis: quae interrogandae fuerat (ut postea correxi) quae declinationis, quia quotus de numero ordinali interrogat, non quis: id tum non ignorabamus, sed (quod doctissimis frequenter usu uenit) per incuriam quandam non animaduertimus.

Patrius æ uult cum terno,

Genitiuus & Datiuus primae declinationis singularis Patria numeri desinunt in æ diphthongum: ut Patria, huius patriae, huius patriae, id est, natale solum, siue locus in quo

Caula quis natus est. Musa, id est, cantilena & poetae dea. Caula, id est, ouile. Aura, lenis uentus & splendor, & fauor.

Diphthongus,

Diphthongus, est duarum uocalium uim suam retinentium, in eadem syllaba conglutinatio. Et sunt Latinae quatuor, æ, æ, æ, æ,

# LIBER SECVNDVS.

**æ, œ, au, & eu:** ut *mufæ, cœna, audio, euge:* & debent oēs scribi contra indoctos: sed in **æ & œ** parum audiuntur a & o. Diphthongus dicitur à dis, id est, bis, & phthōgos, Diphthongus id est, uocalis sonus, hoc est, duarū uocalium unus sonus. Sed ab e recto genitiuus in es fit.

Excipiuntur à regula, quantum ad genitiuum, nomina Græca in e, quia genitiuum faciunt in es. Datiuum uero in æ diphthongum, ut hæc pentecoste, huius pentecostes, huic pentecostæ. Sic *Magdalene, Tysbe, Penelope, Calliope, Circe,* & alia plurima mulierū propria. *Phœbe, Phœbe* id est, *Diana & Luna. Parasceue, preparatio.* Quædã a *Parasceue* pud Latinis terminant in a, ut *Helene uel Helena, syncopa* uel syncopa, synecdoche aliquando etiã synecdocha. *Pascha* licet proprie indeclinabile sit: tamen Latini eccle *Pascha* *paschæ* auſi sunt dicere.

Am faciet quartus: finita per as uel a Græca An quoq; dant: en fiet ab es & ab e, nec habent em.

Accusatiuus primæ declinationis terminat in am, ut hæc *Sella, hęc sellâ, id est, sedes.* Sic per c. *Cella, id est, curiculum & penariū, ut cella usnaria.* Camera, testudo tē *Cella* pli, aut cuiuscunq; domus, id est, curuatura in modū cœ *Camera* li aut palati. Finita per as & cætera. Græca nomina in as & in a etiam mittunt accusatiuum in an, ut hic *Thomas, Aeneas, Boreas, Satanas, &c.* hūc *Thomam uel Thomas, Aeneam, uel Aenean, Boream uel Borean.* Noīa in es & e desinētia faciunt accusatiuū in en, nunq̄ in em.

A sextus donat: tamen es ac e retinent e.

Ablatiuus in a desinit, ut ab hac *mufa, ab hoc Aenea.* *Lagena* Sic *Lagena, uas in quo uiatores potum deferunt.* *Fidelia* *lia, uas fictile, cui uinū ac ceruisia imponitur.* *Hara, porcorum stabulum.* *Latrina, locus priuatus & latēs, quem quisq; domi habet.* *Cloaca locus cauus, per quem colluues fluit.* *Mantica, faccus aut pera cuius pars post tergū, pars ante pectus, dum geritur pendet.* *Mantissa, additamentum quod adīcitur rei uenditæ, ut in ceruisia aut ui*

no pa

## DE NOMINVM RECTA DECL.

no pauxillulum ultra iustam mensurā. Basilica, domus regis & templum & locus, in quo negotiationes, cōsilia & iudicia exercebant. Tamen es, & cætera. Nomina in es & in e desinentia, faciunt ablatiuum in e: ut ab hoc Anchise, comete, ab hac pentecoste: sic arete, id est, uirtus.

**Theriace** Theriace, quoddā medicamentū, dryakel. Strophe, uer Strophe futia uel deceptio. Ode, id est cātus. Hæc & similia solū in Ode e ablatiuū habēt. Vbi autē est a, fit à nominatiuo in a, ut

**theriaca**, strophā, oda, & cætera. sic de accusatiuo in am, sic nomina in es, in accusatiuo en solū habēt, in ablatiuo

**Anchisa** solū e. Anchisam uero & anchisa sunt à nominatiuo in a, sic enim Anchisa, pro Anchises aliquādo dictū est, ut A-

**Atrida** trida pro Atrides. i. filius uel nepos Atrei. Noia in e desinentia Latini in plurali uix unq̄ usur pār, nisi secundū declinationē latinā, tanq̄ singulariter terminentur in a.

Primus pluralis fit in æ, genitiuus in arum

Nominatiuus pluralis in æ diphthongon desinit, cui si milis est uocatiuus. Genitiuus fit in arum: ut hæc musæ, ô musæ, harum musarum: sic hæc cataractæ, & cætera.

Tertius is poscit, tamen abus paucula donant,

Filia, mulæ, duæ, liberta, equa, nata, dea, ambæ.

Datiuus pluralis in is desinit, datiuo ablatiuus similis est per regulam: Plurali similis &c. ut his musis, pennis &c. Octo indubie habent abus, filia filiabus. Sic nata &c. quorum ambæ duæ nulla differentie causa faciunt solū abus, duabus, ambabus, reliqua differentie causa faciūt

**Nata** abus, ne de uiris uideatur sermo. Nata. i. filia. Est autem **Liberta** Liberta mulier libera, quæ fuit serua.

Accusatiuus semper pluralis in as fit.

**Anima** Accusatiuus in as desinit, ut has animas, crumenas & cæ **Crumena** tera. Anima est spiritus corpus uiuificas. Crumena. i. mar

**Coma** supiū. Coma, capilloꝝ ornatus. i. cæsaries, utrumq̄ tam

**Ansa** mulieris q̄ uiri est. Ansa, est uasis auricula. Etiā est sibu-

**Scutica** la, quæ calceis insuitur, eyn gespe. Scutica, uerberandi ex

**Dolabra** funiculis instrumentū. Dolabra, leuigandi instrumentū. Secun



LIBER SECVNDVS.

Secundda declinatio.

(um).

**A**ltera sex rectis er, ir, eus, ur, dat uel us, aut  
Addimus ē Græcis; os & on per us, um uarianda.

Nominatiuus secundæ declinationis habet sex termina-  
tiones er, ir, eus, ur, us um. Eus est terminatio Græca.  
His iungimus Græcam terminationem os, quam Latini  
sæpissime uertunt in us, & on quam uertunt in um. Ex-  
empla sunt: Faber, quicumque artifex malleo utitur, ut Faber  
Faber lignarius, Faber ferrarius, Faber murarius, & cæ-  
tera. Magister, cui cura rei incumbit, ut magister pagi, ma-  
gister uigilum, magister grammaticæ. Quicumq; ludo li-  
terario præest magister recte dicitur. Glaber, glabra gla-  
brum, id est, caluus, id est, sine crine aut herbis uel segete.

Nam ager, aliquando glaber est. Scaber, sot didus, asper, Scaber  
ungues scabri, cutis scabra. In ir tria sunt: Vir, id est, Treuir-  
mas. Treuir, aliquis ē ciuitate Treuerensi. Leuir, frater Leuir  
mariti uel uxoris. In eus omnia ferè sunt uirorum pro-  
pria, ut Orpheus, Perseus, Tydeus, & cætera. In ur uni-  
um est satur nomen adiectiuum, satur, satura, saturum.

In us & in um sine numero nobis cognito sunt, ut Cir-  
eus, locus roridus. Hircus, mas caprarij. Colum, uas per Colum  
quod purgatur lac, aut alius liquor. Solū animalis suste-  
taculū, ut terra est hoīs solū, mare pisciū, aer auisū. Os, ut  
Samos, Lesbos, & cætera. On, ut Pelion, Ilion.

I patrius seruat, genitiuus non superabit.

Genitiuus secundæ declinationis in i desinit, ut huius  
magistri, domini, scamri. Genitiuus non superabit: Se-  
rentia est, genitiuus secundæ declinationis non habet plu-  
res syllabas quàm nominatiuus, & hoc dicunt non crescit Sequester  
genitiuus, ut hic sequester, huius sequestri, id est, media-  
tor inter litigantes. Vaser, a, um, id est, callidus & astutus. Ater  
Ater ualde niger. Atramentū, ater liquor, ex quo fiunt li-  
tera. Teter. i. turpis, deformis. Onager, syluester asinus. Onager  
Iusurandū est solēne iuramentū, & religiosa affirmatio. Insurandū  
Crescit ir, ur, gener, & prosper, puer, asper, adulter;

Pre



DE NOMINVM RECTA DECLIN.

Præsbyter, atque tener, miser, exter, gibber, iber,

Et lacer, atque focer, liger, orta gero, fero, liber.

Addimus ijs dexter, cui syncopa fiet, ut asper.

- Crescunt tamen pauca, ut quæcunque in ir desinunt, ut luti uir uiri, leuir leuiri, & cætera: & ur, ut satur saturi cû sequentibus in er: ut Gener, maritus filia. Prosper, prosperi, id est, fortunatus aut felix. Adulter, qui matrimonium uiolat, mulier adultera dicitur. Præsbyter Græce presbyteros, id est, senior. Tener tenera tenerum, id est, molli, ut tener agnus. Miser infelix. Exter externa exteri, id est, est, externus. Gibber, id est, gibbosus uel gibberosus, qui tumorem in dorso habet, qui gibbus dicitur, uel hæc gibba. Gibbus & gibber tam pro tumore, quàm pro tumorem habente lecta sunt. Iber, iberi, uel tertia iber iberis, id est, Hispanus. Iberia, Hispania. Sub hoc nomine comprehenditur Celtiber celtiberi, à Celtis Gallia populis, & Iberis, constat nomen, est populus Hispania, regio uocatur Celtiberia. Iber similiter declinatum, est nomen populi habitantis iuxta Armeniam. Producent autem Iber & Celtiber, semper genitiui penultimam quam alii hic corripunt. Lacer, id est, laceratus uel laneatus. Socer, pater mariti uel uxoris. Liger ligeri, uiri proprium. Cre scunt etiam cõposita à gero & fero, ut clauiger, qui clauam gerere dicitur, ut Hercules, uel clauem, ut diuus Petrus. Laniger, lanigera, lanigerum, gerens lanam, ut ouis. Armiger est lanigera, sic fetiger, corniger, belliger. Armiger, qui arma militis fert. Signifer, ferens signum bellicum. Stellifer, ferens stellas. Lucifer, ferens lucem. Dapifer, ferens dapes. Sic salutifer, opifer, somnifer, letifer, mortifer, & cætera. Liber priore longa adiectiuum & Bacchi nomen: Nam pro cortice aut codice minime crescit, ut liber libri. Liber ergo libera, liberum, id est, non seruus, cui licet quod libet, nisi ui aut iure prohibeatur. Liber liberi substantiuum, id est, Bacchus deus uini. Dexter dexteri uel per syncopam dextri, Vnde dextera uel dextra manus dicitur, Dexter aliquando idem est quod prosper, ut dexter ades.

Con

LIBER SECVNDVS.

Conseruant normam, pronominis ista secundam,  
 Vnus, uter, neuter, solus, quis, & ullus, & alter,  
 Atq; alius, totus: Fuit olim patrius uni.

Hæc nomina, unus, uter cum suis, uterq; uteruis, uter  
 liber, neuter, solus, quis ex Donato notū, unus, alter, ali  
 us & totus, habent in genitiuo ius, & in datiuo i, quia de  
 clinantur ut pronomina secūdx declinationis, ueluti no  
 minatiuo, unus, una, unū, genitiuo unius, datiuo uni, &  
 cætera. Alius crescit in genitiuo non syllabis sed quæritate  
 te: quia secunda syllaba in genitiuo est lōga, in nomina  
 tiuo autē breuis, alterius penultimā solū corripit, quæ re  
 liqua in prosa producant tantū, in uersu uariant. Plebei  
 uerficuli sunt: Rectus uult alius, poscit genitiuus alius.  
 Corripit alterius semper producit alius. Item alius facit  
 datiuū trisyllabū alī, quū reliqua datiuū faciāt a geniti  
 uo abiecta us syllaba. Sub ullus, id est, aliquis cōprehen  
 ditur nullus, id est non ullus. Vter quis ē duobus. Neuter  
 neutrius in genitiuo, & neutri in datiuo, sapius q̄  
 neutri, neutræ, neutri, nisi in grammatica locutione neu  
 tri generis, pro quo nollem dicere neutrius generis.

Neuter

Ei uel ei uel eos dabit eus, uolet Androgeos o.

Nomen in eus desinens, facit genitiuū in ei syllabam.  
 uel per duas syllabas in ei uel eos, ut Tydeus Tydei, per  
 duas syllabas: uel Tydei per tres uel Tydeos. Androge  
 os, uero facit in genitiuo Androgeo. Sub hoc cōprehēdi  
 uolo Apollos apollo, Tydeos Tydeo, Athos Atho. Alia  
 in os, breue desinentia, Græce faciūt genitiuū in ou quā  
 diphthongon in u uertimus, ut logos logu, melos melu,  
 his genitiuis non utimur.

Androgeos  
 Apollos

Iuates quandoq; iacit, ceu cura peculi.

Quando genitiuus terminatur in duo ij, solet alterum  
 causa metri quandoque abijci. Vergilius: Nec spes liber  
 tatis erat, nec cura peculi, per apocopen pro peculi, pro  
 iugurij, Antonij, Apocope est ablatio literæ uel sylla

Apocope

C bz ex

DE NOMINVM RECTADECLIN.

- Peculium** hæc ex fine dictionis. Peculium, est proprium bonum. Tertius & sextus formantur in o tibi casus. Dativus & ablativus in o desinunt, ut huic magistro, ab hoc magistro. Vm poscit quartus. Quandoq; per on loco Græca. Eus uult ea etiam. Per e quintus uertit us, absq; O fili, deus, & fluuius, populus, chorus, hagnus. Quatuor hæc e uolunt, etiã ut pro rege Latinus.
- Mæander** Accusatiuus in um desinit, ut Mæander Mæandrum, fluuius quidam nimis curuus & flexuosus. Ideo Mæander pro flexura & fraude capitur. Cicero: Scio quos tu
- Tholus** Mæadros quesuisti. Thol<sup>9</sup>, pertica in tēplo, ad quã dona
- Scrupulus** suspēdunt. Scrupulus, lapis in arena pedes ambulantiũ lædens, unde ponit pro dubio & molestia. Terent. Vnus
- Scopulus** mihi scrupulus restat qui me male habet. Scopulus, mōs
- Scopus** lapideus prope mare uel in mari. Scopus, aliquid in qd
- Capulus** sagittarij dirigunt sagittas. Capulus, quo culter aut aliud tenet. Quandoq; per on loco Græca. Nōia Græca faciunt sepe accusatiuũ in on, ut diphthongus diphthongō, Topazius lapis prius topaziō, ut ibi: Super aurũ & topazion. Possunt tñ more Latino in um accusatiuũ mittere: ut Priamon uel Priamum, &c. Quæ tamen in eis desinunt, sæpi<sup>9</sup> accusatiuũ in ea mittunt, ut Tydeus Tydea, Orpheus Orphea. Per e quintus uertit us. Nomina secundæ declinationis terminata in us, mutant in uocatiuo us in e, Cantherius ô catherine, id est, equus castratus. Sic lanius, qui laniat carnes & eas uedit. Tabellarius, qui defert tabellas id est epistolas. Cæmentarius qui parat cæmentata, id est, lapides cædit. Statuarius, qui facit statuas. Absque ô fili deus. Excipiuntur à prædicta exceptione paucula, Filius ô fili. Deus ô deus solum, Fluuius ô fluuius uel fluuie. Populus, pro hominibus, ô populus & ô popule. Chorus ô chorus ô chore. Hagnus, cum aspiratione in principio, si recte uelis scribere, ô hagnus & ô hagne. Latinus, rex latij ô latinus & ô latine. Chorus, est ca-



LIBER SECVNDVS.

est canentium cœtus, non sacerdotum subsellia.

Quum propriū dat ius, dēpra us fit in i tibi quintus.

Propria in ius dempta us faciunt uocatiuum in i per exceptionem à regula: Est primo quintus similis. Exceptio est hic: Quum propriū dat ius: ut Laurentius ô Laurenti. Terentius ô Terenti, Fabius ô Fabi.

**P**rimus pluralis fit in i: uult patrius orum.

Græcus in on fiet: is tertius: os dato quarto.

Nominatiuus pluralis cui uocatiuus est similis fit in i, ut hi magistri, hi uulgi, hi dei, uel dñi, prius à deus est, potestius à dius: quod ueteres dixerunt pro deus. Hinc mā-  
 fit plurale dñi dissyllabum nisi in carmine, quod magis  
 in usu est quàm dei, & in datiuo & ablatiuo sæpius dñis  
 quàm deis dicimus. Et pluraliter, hæc scamina, ligna, per  
 regulam: Quis in pluralis & cætera. Genitiuus pluralis  
 desinit in orum, ut horum magistrorum, horum scam-  
 norum, ephippiorum, & cætera, Ephippium, est sella e-  
 quina, cui insidemus. Ferculum, in quo aliquid fertur ut  
 lanx, & pro cibo capitur. Sarculum, fodiendi instrumen-  
 tum. Seculum tempus humanæ uitæ.

Dei  
Dñi

Ephippium  
Ferculum  
Sarculum  
Seculum

Festa lego per ibus, licet orum dent genitiuis.

Nomina festorum faciunt genitiuum plerumq; in orum  
 per hanc declinationem. Datiuum & ablatiuū sæpius in  
 ibus, ut Saturnalia, festa Saturni. Genitiuo, saturnalio-  
 rum: aliquando etiam saturnalium: datiuo & ablatiuo sa-  
 turnalibus. Denarius, est numus argenteus ualens decem  
 æreos. Græcus in on fiet. Græcus genitiuus in on de-  
 finit, & ita utuntur sæpe Latini: ut & pluraliter hi logi,  
 horum logon, his logis, hos logos, ô logi, his logis. Is  
 tertius. Datiuus in is desinit, ut ablatiuus, ueluti his pa-  
 lis, qualis &c. Palus, est crassus stipes. Qualus, id est, spor-  
 ta. Os dato quarto. Accusatiuus in os desinit, ut talos,  
 catulos, pullos. At scamna, damna, patent per regulā ge-  
 neralem. Talus, os quadrati & tuber circa imum pedē.  
 Catulus, foetus canis & cuiusque feræ, ut catulus leonis,

Denarius



DE NOMINVM RECTA DECLIN.

lupi, urfi, & cætera. Catulus muris. Pullus, fœtus auium,  
& omnium mansuetorum animalium: ut pullus asinæ,  
præterquam boum. (Nam uitulus aut uitula dicitur) &  
ouium quia Hagnus & hagna dicitur: & caprarum. Nã  
hædi capellæ dicuntur.

Ambo, duo, neutri generis sunt masculicque.

Mas o uel os quartus donat, uult tertius obus.

Singulari numero carent. Et pluraliter nominatiuo  
ambo duo, ambæ duæ, ambo duo, genitiuo amboꝝ duo  
rum uel duũm, ambarum duarum, amborum duorũ uel  
duũm, datiuo, ambobus duobus, ambabus duabus, am-  
bobus duobus, accusatiuo ambos duos uel ambo duo. li-  
cet rarius, ambas duas, ãbo duo. Vocatiuo ô ambo duo,  
ambæ duæ, ambo duo. Ambo collectiuum est, non distri-  
butiuum, ablatiuus similis est datiuo.

Tertia declinatio.

**T**ertia dat uarios fines, dans is genitiuo.

Græcorũ patrius, uel in os, uel in i uel in us fit.  
Tertia declinatio multas habet terminaciones: ueluti  
a, c, o, c, d, l & c. Semper autẽ genitiuus fit in is, hic pater,  
huius patris, nisi Græca more Græco declinentur, tunc  
enim sæpe habet os: us hic pan, huius panos. Quandoq; ha-

Achilli bêt i, ueluti propria in es nõ crescẽtia, ut Achilles huius  
Oronti achillis uel achilli, hic Orontes, huius orontis uel oronti  
& c. Quandoq; genitiuus Græcus in us desinit, ut hæc e-  
cho huius echus. Vbi poterit in is desinere non fiat in os,  
ga meli<sup>9</sup> elephãtis q̄ elephãtos dices, si Latine uelis loq̄.

Terminaciones nominatiui.

Nominatiui terminaciones in tertia declinatione sunt  
circiter septuaginta unum. Literæ terminales undecim.  
Litera terminalis, est ultima dictionis litera. Termina-  
tio est ultima litera aut in fine consonans aut consonan-  
tes cũ uocali annexa. Literæ itaq; terminales sunt, a e o c  
d l n r s t x. Terminaciones per ordinem ponentur.

Malagma

Aut malagma, fomentum quo apostema mollitur.

Magma,

LIBER SECVNDVS.

- Magma, pastillus siue massa ex unguentorū fecibus odoris gratia. Scomma, id est, cauillum & urbana irrifio. Magma Scomma  
 E, ut cōclauē, id est, triclinium, & locus secretior in domo. Cubile, lectus, quia in eo cubatur. Conclauē Cubile  
 O, ut pernio, morbus pedum ex frigore proueniens et calcaneum infestans præcipue. Petafo coxa porcina, & anterior pars: similiter quæ ab alis incipit. Petafo  
 C post a, ut lac, uel e ut halec.  
 D post i, ut Dauid: Et u ut Bogud, pro propria uirorū.  
 L post quinq; uocales, ut sal, mel, uigil, sol, consūl.  
 N post oēs uocales, præter u, ut titā, sirē, delphin, dæmō.  
 R post omnes uocales cum y Græca, ut par, uer, gadir, cor, fur, martyr.  
 S post omnes uocales cum y Græca & æ diphthongo, ut as, pes, lis, flos, mus. Mys proprium uiri genitiuo My Mys  
 os, æs, præ: & cum au diphthongo, ut laus, fraus.  
 S post sex consonantes b l m n p r, & rursūm:  
 Bs post oēs uocales, sed inter u mediat r, ut trabs, corlebs, est unum cum æ diphthōgo quod est plebs, id est, uilior pars populi, scobs, libs uētus Africus, & quod y Græcam habet chalybs, urbs.  
 Ls post u, ut puls, mollis cibus, ex farina & lacte uel caseo, uel ouo et melle, quo pro pane ueteres utebantur.  
 Ms post e tantum, ut hyems.  
 Ns post omnes uocales, ut glans, dēs, mōs, tiryus cum y Græca. Aruns, proprium uiri. Septuns non dicitur, sed Aruns septunx.  
 Ps post omnes uocales cū y Græca præter u, ut lælaps, Lælaps canis nomen apud Ouidium. Seps. Ips, uermiculus, qui Ips cornua uitesq; prærodit.  
 Trips, qui ligna, ut Cis per c qui frumēta. Sis per s qui uestes. Is, uitra, Midas, fabam, Ops, dea terræ. Gryps, uo Gryps lucris maxima et rapacissima. vnum est habēs r ante ps quod est stirps.  
 Rs post omnes uocales præter i, ut ars, iners, mors, Tyburs, natus Tyburi.  
 T post u tantum, ut caput, sinciput, occiput.

DE NOMINVM RECTA DECLI.

X post oēs uocales cum y Græca & æ & au diphthongis, ut pax, rex, pix, nox, nux, styx, fex, faux.

X post tres consonantes In r.

Lx post a tantum, ut calx, falx.

**Lanx** Nx post omnes præter e, ut Lanx, uas latum & rotundum, in quo caro aut aliud esculentum mensæ infertur.

**Iynx** lances habent. Septunx. Iynx, auicula quædam cum y Græco in posteriore syllaba.

**Arx** Rx post a et e tantum, ut Arx, id est, castrū, ab arceo es, quia arcet, id est, prohibet hostes accedere.

**Merx** Merx, id est, res uenalis: aliqui dicunt in nominatio hæc merces.

Cherub & Seraph, sunt qui dicant interdum declinari huius cherubis seraphis, & cætera. Sed melius non declinant, quia barbara sunt, ut Dauid & Bogud, sua natura inflexibilia: licet nonnulli ausi sint declinare.

**Moly** Moly, herbae nomē adud Græcos in genitiuo molyos facit, ut

**Epy** Epy similiter cum y Græco epyos, urbis nomē, interpretatur altum & sublime.

**S** Genitiuus tertix.

Semper a mittit atis: uertit e per is genitiuo.

A facit genitiuum addita tis, ut malagma atis. Omnia in a tertix sunt nomina Græca neutri generis: ideo more

**Aroma** re Græco, faciunt etiã in genitiuo os, ut doma, matis, uel Dogma domatos, id est, domus. Aroma, odoramentū. Dogma, id est, decretū, scitum, placitū, & (ut uulgo dicitur) statutū:

**Syrma** male pro doctrina sumit, nec à doceo dicitur, cum Græcū Thema cū sit nomē. Syrma, lōga uestis, & tractus, & longus ora

**Toreuma** tionis processus. Thema, positū aut positio. Toreuma, opus sculptum, politum, cælatum.

**Ouile** Vertes e per is in genitiuo. Nomen in e, uertit e in is in Equile genitiuo, ut Mantile, linteum quo manus terguntur.

**Caprile** uile, is, stabulum ouium, ut Equile, equorum. Caprile, caprarum. Bouile, bouum. Porcile, porcorum. Monile, colli

Porcile ornamentum uel gutturis.

Addit

LIBER SECVNDVS.

Addito nis post o: dat inis muliebre do, goq;  
 Virgo, ordo, margo, cum cardine, Apollo, cupido,  
 Turbo, homo, ceu nemo, tñ unedo postulat onis.

Nomen in o facit onis, ut Aquilo, aquilonis, uentus se Aquilo  
 p̄triona lis & ea mundi pars. Pero, peronis, calceamen Pero  
 tum rusticū. Excipiunt à regula fœminina in do & in Inscapedo  
 go, quæ facit inis, cū paucis alijs, quæ sunt uirgo uirgi Libido  
 nis, ordo ordinis &c. ut Cupido inis, uasculū fictile. In Formido  
 terapedo, distantia et differentia. Libido, uolūtas & car Hirudo  
 nalis delectatio. Formido, timor. Hirudo, sanguisugā, Hirundo  
 uermis aquaticus adhærēs cruri, nec decidēs nisi plenus Arundo  
 cruoris. Hirūdo, auis nora. Arūdo, id est, canna. Testudo, Testudo  
 animal testa testū, ut limax concha, & cætera, ponit pro Salsilago  
 cithara & pro camera. Salsilago, uel salsugo, id est, sal- Salsugo  
 fus humor, peckel. Caligo, obscuritas & ignorātia, ut ca Caligo  
 ligo oculorū, caligo ueri. Indago, inquisitio. Indagare, Indago  
 inquirere. Propago, uitis ramus terræ infixus, & proge- Propago  
 nies. Fuligo, nigrū infumibili. Albugo, alba macula in or Fuligo  
 culo: & albū oui, quod albumē sæpius dicit. Crocei oui Albugo  
 dicitur uitellus. Ferrugo, rubigo ferri, ut erugo æris, Fer Ferrugo  
 rugo etiā est panni similis color. Cōpago compaginis, Compago  
 id est, compactio & coniunctio. Ambago, id est, circuitus Ambago  
 arborū. Apollo sol. Turbo, quicquid acuta forma est uo  
 cat. Turbo turbinis etiā est uertigo uentorū. Nemo ne-  
 minis, rarus inuētū genitiuus. Plautus in captiuis: Nemi  
 nis misereri certū est, quia mei miseret nemo. A fœmi-  
 nis in do, & in go, unicū excipit, quod est Vnedo une-  
 donis, arbor & ipse fructus, alio nomine arbutus & ar-  
 butum.

Enis habet Anio, Nerio: caro dat tibi carnis.

Anio, fluius in agro Tyburtino: & Anio ab alio no-  
 minatiuo rariore anien, obliquos mutuatum est. Nerio,  
 enis, id est, uxor Martis. Etiā est uirtus, fortitudo, & ma-  
 iestas Martis. Caro carnis flesch. Carneus ex carne: ut  
 frustum carneum. Carnosus, pinguis.



DE NOMINVM RECTA DECLIN.  
Græca, uelut Dido, muliebria sic modo flectes,  
Vs capiat patrius, reliqui dant o bene casus.

Nomina Græca foeminini generis faciunt genituum  
in us, reliquos obliquos in o, ut Dido Didus, Io Ius, Sappho  
Sapphus, Calypso Calypsus. Sic Calisto, Pero, Drymo, Pantho & cætera mulierum uel nympharum propria,  
aut dearum ueluti Clio Clius, una musarum. Clotho  
Clotho Clothus, una parcarum. Echo Echus. Argo Argus, non  
Echo men nauis. Alij Græce hæc aliter declinant, nobis curæ  
Argo fuit diligenter docere Latinorū usum, ut Vergilius. Lu  
Alesto stificam Alesto, in accusatiuo dixit, non Alestos nec Ale  
ston, & est Alesto una furiarum O genitiui penulti  
mam producit, ut sermonis: nisi apud Græcos in on desi  
nēs corripitur, ut Agamemnon, Agamemnonis, propriū  
uiri. Sic gētilia quædam, ut Vangio Vangionis, Saxo Sa  
xonis, & cætera. Inis corripitur, ut uirginis. Enis produ  
citur, ut Anienis, Nerienis, ab antiquissimis etiam corre  
ptum, teste Gellio.

Halecis, lactis, Daudis, Bogudis effer.

Halec facit penultima longa halecis. Lac facit lactis  
Dauid Daudis penultima longa.

Additur is post l: Sed lis iungunt sibi mel, fel.

Nomina in l literam desinentia assumunt in genitiuo  
Animal is, ut Sal salis. Animal animalis, corpus sentiens: hic &  
Vestigal hæc animalis & hoc animale, ad animal pertinens. Vestigal  
Puteal gal, tributum uel redditus. Puteal, est putei operculum.  
Bel Michael Michaelis. Bel Belis, idoli nomen. Eiusmodi in  
Rachel el peregrina aliquando declinantur in sacris, & si uoluerit  
Betel mus manent indeclinata: ut Abel huius Abel uel huius  
Micol Abelis: multa nunquam flectuntur, ut Rachel, Betel, Mi  
Baal col, Baal, Tubal, & apud Plinium locorum nomina dis  
Vel syllaba, teste Hermolao, Vel & Suel. Mel & fel addunt ge  
Suel nitiuo lis, ut mellis, fellis. Neutra in al cum el, & sol pe  
nultimam genitiui producant, ut animalis, Michaelis, so  
lis.

LIBER SECVNDVS.

lis. Reliqua corripunt, ut Annibal Annibalis, Hiempsalis Hiempsalis, Hasdrubal Hasdrubalis, propria uirorū. Sal falis, quāuis olim etiam fuerit neutrum. Vigil uigilis, præful præfulis.

Additur is post n : Tamen on quandoq; dat ontis. Donat in is neutrum pecten, flamē, cano natum.

Nomen in n desinens facit genitiuum adiecta is syllaba, ut Titan Titanis, frater Saturni & Sol. Pan Panis, aut rectius Panos, quia Græcum est, ut à genitiuo huius nominatiui distet panis. Pan fuit fabulosus Deus pastor Pan rū, aut naturæ. Delphin Delphinis, marinus piscis. Agon Agon agonis, id est, certamen. Canon, id est regula. Gnomon, Gnomon interpretatur cognitor, est stilus indicans horas. Hyperion, id est, Sol. Quædam nomina faciunt genitiuum in ontis, ut Phaeton filius Phœbi. Demophon Demophonis proprium uiri, ut Leon Leontis, Dracon Draconis, Lacon Lacontis. Charon Charontis, portitor inferni. Pauca sunt eiusmodi nomina appellatiua, ut Bison Bisontis, animal ferum simile tauro iubatam. Chamæleon Chamæleontis, animal quod solo uento dicitur pasci, & herba quædam. Horizon Horizontis, uisus nostri terminus, Acheron Acherontis, & Phlegeton Phlegetontis, fluij infernales. Neutra in en, faciunt genitiuum in inis, cū flamen flaminis, pecten pectinis, tubicen tubicinis, & reliquis à cano compositis, ut numen numinis, id est, Deus uel diuina potestas. Sumen & Abdomen, Abdomen pinguitudo uentris suilli. Inguen, pudenda pars corporis. Gluten, id est, uiscus, materia tenax, qua aues capiuntur, & qua aliquid coniungitur. Bitumen, humor tenax, Bitumen quo pro calce utimur. Vnguen unguinis, id est, unguentum & quicquid succum habet ex quo aliquid ungi potest. Pæan, cum æ diphthongo, id est, Apollo, & hymnus in laudē Apollinis, uel alterius, facit Pæanis, ut Titan Titanis. An producit genitiui penultimam. En producit genitiui penultimam, nisi inis facit, tūc corripit. In producit genitiui penultimam. On modo producit, ut

DE NOMINVM RECTA DECLIN.

Simon, Babylon: modo corripit, ut dæmon, canon: in paucis uariat, ut Aegæon, Orion. Certiorē regulam de on non habeo.

R capit is: Far ris, lar tis proprium maris, hepar Hepatos efficiet. Cris mobile cer dat, ut acer, Ac alacer. Bris dant imber cum prole, saluber, Et ceber. Per tris ter formes omne Latinum, Et pater, & mater, lynter, dat eris later, & cor Cordis, iter, tineris, Iouis optat Iuppiter usq; Robur oris, iecur, atq; femur tibi præbet eburq;.

Nomina tertiæ in er desinentia adijciūt genitio is, ut

- Altar altar altaris, id est, altare. Lupanar, id est, prostibulum.  
 Specular Specular, per qd speculamur, ut fenestra. Puluinar, id est, Puluinar puluinus, qd dormituri capiti subiicimus. Torcular, præ Torcular lum in q uuz torquetur. Subligar, id est subligaculum & uelamen lumbor. Aer die lucht. Agger, alta terra oppo Agger fita aquis. Rancor corruptio carnis, rerum ex uetusta Rancor te. Mucor, lanugo quæ diutino siu cōtrahitur, ut in pa Mucor ne, carne, &c. Vapor, fum<sup>9</sup> quidā & nebula ē calidis ascē Pædor dens. Pædor, immisiditia & puror. Castor, propriū uiri, Castor & animal, alio nomine fiber. Fulgur fulguris, id est, ful Fulgur men: sed fulgor, id est, splendor. Excipiuntur multa à Far regula: Nam far geminato rr facit farris, id est, quoduis Lar frumentum, ut triticum, hordeum, &c. Lar, nomē impe Lartis ratoris facit Lartis, teste Prisciano, sed sapius in nomina tiuo Lartes inuenio q lar. Lar, dei nomen, & pro domo Hepar laris facit. Hepar, id est, iecur. Tria adiectiua, alacer, uo lacer, acer, faciūt cris: quibus addes mediocer, si inuenia Acer tur. Acer, pro arbore aceris facit. Bris dant saluber, ce leber, imber, cum cōpositis september, october, nouem Imber ber, december, quæ sunt mensium nomina. Imber, id est, pluuiā. Omnia Latina in ter faciunt tris: ut fratris, uē Vter tris. Vter utris, id est, uas uel saccus ex corio uel pelle. Ac Accipiter cipiter, auis aduncis unguib<sup>9</sup> ualde rapax, ut falco, aquila, mil-



LIBER SECVNDVS.

la, miluus, nifus, syluefter, equefter, & cætera. Cætera inter Græca eris habent per regulam: ut spinter spinteris, ether etheris, id est, elementū ignis & cælum. Character, forma uel signū. Clyster instrumentū quo aquam in al-  
 tum iaculamur, & quo chirurgi utuntur in purgatione corporis. Crater, uas amplū, cui uinum aut oleū & cætera imponimus. Stater stateris, numus quidam. Later, lapis Latinū sit in ter desinens, non facit tris sed eris, & est lapis coctilis. Cor cordis facit. Iter itineris à nominati-  
 uo olim ustrato itiner. Iupiter, summus deorū apud gentes, & unus planetarum. Quatuor in ur faciunt oris: robur roboris, & cætera. Robur, est fortitudo. Est robur etiam quercus durissimæ species. Et capitur pro duritia firmitatēq; cuiuscūq; rei. Iecur iecoris uel iecinoris, siue iocineris, tanq; à ueteri noīe iecinus uel iocinus, id est, hepar & ficatū: sed hoc suillum proprie esse uolūt. Femur femoris, superior pars cruris à coxa usque ad genu: ut femur anserinum, gallinaceum, anaticum, leporinum, cuculinum, & cætera. Ebur eboris, os uel dens elephantis.  
 Ar, penultimā genitiui producit in neutris cum nar: demito nectar, iubar, hepar, par.  
 Er, corripit penultimā, ut ether, aer. Cætera Græca producit, ueluti iber, crater, character, stater, luter, clyster, balter, brachionister: quibus unum Latinū addes, quod (est Ver.  
 Ir, corripit, ut gaddir, martyr.  
 Or producit penultimā genitiui, ut color, soror. Tolerantur æquor, marmor, memor, arbor, bicorpor, tricorpor, indecor, dedecor. Et si qua sunt eiusdem deriuationis alia, cum Græcis. Sic Hæctor, Antenor & rhetor quorū & Castor tam appellatiuum quā proprium. Auror tamen producit tantum.  
 Vr, corripit tantū, ut fulgur, guttur. Excipitur unum quod est fur furis.  
 As interponit ti: mas maris, as dabit assis.  
 Hoc uas uasis habet, uas hic uadis: antis habentio  
 Mascula Græca: uolunt per adis non mascula poni.  
 Nomen



DE NOMINVM RECTA DECLIN.

Nomen in as desinens facit genitiuum interponendo  
**Simultas** syllabam ti, intra a & s: ut **Simultas** simultatis, id est, o-  
**Prauitas** dium. **Prauitas** prauitatis, id est, malitia & iniquitas. **Ae**  
**Aequitas** quitas, iustitia. **Probitas**, id est, honestas. **Meccernas** opti-  
**Probitas** mi uiri nomen, qui **Vergilium** **Horatium**q; & alios do-  
**Meccernas** ctos opibus iuuat. Hinc docti dices patronos **Meccernates**  
**Arpinas** appellant. **Arpinas**, nostras, uestras, &c. **Vulgus** addit  
**Abbas** **Abbas** abbatis. Excipiuntur à regula mas maris, as as-  
 fis, hoc uas uasis, hic uas uadis. Et **Græca** masculini gene-  
 ris, quæ faciunt antis, ut **Elephas** elephantis: sic **gigas**,  
**Pallas** **adamas**, **Atlas**, &c. Inter quæ plurima sunt uiroy; pro-  
**Pallas** pria, ut **Calchas**, **Abas**, **Thoas**, **Peras**. **Pallas**, **Euandri** fi-  
**lius**, **Abias**, **Thaumas**. Sic etiam **Acragas**, montis & oppi-  
 di nomen. Reliqua **Græca** quæ scilicet non tantum ma-  
 sculini generis sunt, faciunt adis, uel **Græcanice** ados: ut  
**Cyclas** **Arcas** **Arcadis** uel **Arcados**. **Cyclas** cicladis, uestis scemi-  
**Monas** nea rotunda, explicatilis uel spatiosa. **Monas** mona-  
**Trias** dis, id est, unitas. **Trias**, id est, trinitas. **Hebdomas**, nume-  
**Hebdomas** rus septenarius. **Hebdomas**, Latine septimana, est spatium  
 septem dierum. Dicitur etiam hebdomada hebdomade.  
**Enneas** **Ogdoas**, **ogdoadis**, numerus octonarius. **Enneas** **Ennea**  
**Ogdoas** dis, numerus nouenarius. **Decas**, numerus denarius. **O-**  
**Olympias** **lympias**, id est, lustrum, siue quinquennium. **Pallas** **Pal-**  
**Pallas** ladis, id est, **Minerua**, dea sapiētie. **Lampas**, id est, fax aut  
**Lampas** splendor. **As** producit penultimam genitiui, ut **Meccer-**  
 natis, & cætera: nisi **Anas** **anaris**, **auis** **nora**. Corripitur  
 cum isto, **maris**, **uadis**, & quæcunque adis habent, ut **Pal-**  
**ladis**, & cætera.

**Es** mutabis in is, **Græcus** dat multa per etis,  
**Adde** quies, locuples, mansues: per etis teges exit,  
**Et** seges, interpret, prapes, paries, abiesq;  
**Indiges**, atq; aries, perpes, teres, ac hebes addo.

**Labes** Nomen in es desinens, mutat es in is: ut **Labes** labis, id  
**Clades** est macula uel ruina. **Clades**, id est, occisio uel mors. **Stra-**  
**Strages** ges, id est, prostratio: ut uentus fecit stragem arborum.  
**Cædes**,

LIBER SECVNDVS.

Cædes, id est, occisio. Sic Ioannes, sedes, Hercules, Achil- Cædes  
 les. Moyfes uel Moses etiam, Moyfi potius facit q̄ Moy- Moses  
 fis. Hoc etiam per primã Moses Mos̄ declinatur. Exci-

piuntur à regula multa Græca quæ habent etis penulti-  
 ma longa, ut tapes tapetis. Sic Cres, lebes, magnes, & plu-  
 rima propria uitorũ, ut Chremes, Hermes, Laches, Tha-  
 les. Horum quædam manent quandoque sub regula, ut  
 Chremes, huius Chremis uel Chremetis. Sic Dares. Te-  
 rentius: Puer ũ inde abiens conueni Chremis. Idem: Chre-  
 mem saluere iubeo. His adduntur Latina, quies quietis,

locuples locupletis. Mansues mansuetis, id est, mäsuetus.  
 Quædam faciunt etis penultima breui, ut Teges tege- Seges  
 tis, uile fragulum quo tegitur lectus. Seges, frumentum  
 in spicis. Præpes, id est, alte & sublime uolans. Capitur Præpes  
 etiam pro idoneo & felice, siue prospero.

Dic uerres uerris, uates uatis: per itis fit  
 Communis generis non dictum siue marini.

Pes dat edis, natum sedeo dat idis: uolet edis

Hæres ut merces: Cererisq̄ Ceres retinebit.

Aes æris, præp prædis habet, diphthōgus utriq̄ est.

Verres facit uerris, uates uatis: reliqua masculini ge-  
 neris aut communis, de quibus nihil dictum est, utpote  
 appellatiua, mutant es in itis penultima breui: ut poples  
 poplitis, miles militis. Sic ames, palmes, limes, stipes, fo-  
 mes, termes, trames, gurges, cęspes, merges, eques, pedes,  
 antistes, cocles, hospes, fospes, ales, diues, comes, super-  
 fites, præstes, ueles. Sed pes facit pedis. Sic composita, com-  
 pes, bipes, & cætera. Composita à sedeo faciunt idis pe- Hæres  
 nultima breui, ut obses obsidis. Hæres facit hæredis pe- Merces

nultima longa. Merces mercedis, penultima lōga, id est, Merces  
 præmium: Iuuenalis:

Nosse uolunt omnes, mercedem soluere nemo.  
 Ceres Cereris, dea frugum. Aes æris, præp prædis, diph-  
 thongon æ habent.

Is non

DE NOMINVM RECTA DECL.

Is non mutabo: dant dis cuspis, lapis, atque  
 Plurima Græca: facis per eos, uel ios, uel yos, uel  
 Entis Græcorum quædam, charis at charitis uult.

Is habet genitiuū similit̃ nominatiuo, ut hæc uis, huius  
 uis, quod solū in tertia declinatiōe is genitiui producit:  
 significat uirtutē, possibilitatē, fortitudinē & uiolentiā.  
 Hic panis, huius panis. Sic ouis, pestis, uestis, &c. Excipiū  
 tur lapis & cuspis quæ abiecta s̃ litera, capiunt dis: ut la-  
**Cuspis** pidis, cuspidis: sic tricuspis tricuspidis. Cuspis, est acies ha-  
 stæ uel alterius rei acutæ. In idis genitiuū etiā faciūt plu-  
**Cassis** rima Græca, ut cassis, cassidis, fœminini generis, id est, ga-  
 lea: Aliud est nomē masculini generis nō crescens, cassis  
**Aspis** cassis, id est, rete. Aspis aspidis, ierpens quidā. Aegis ægis  
**Aegis** dis, scutū pelle caprina testū: & proprie est Palladis tho-  
**Pyxis** rax. Pyxis, uasculū unguentarium, uel cui quiduis aliud  
**Pyramis** imponit. Pyramis, ædificiū in cacumen à latitudine des-  
**Chlamys** cendens, uel turris habens flāmē figurā. Chlamys per y Gre-  
**Paropsis** cum, uestis militaris. Paropsis, lanx & scutella cibaria.  
**Abbis** Abbis abfidis, curuatura, uel arcus in muro, & rotæ testu-  
**Nebris** do in qua figuntur radij. Nebris, cerui aut damæ pellis.  
**Iaspis** Iaspis, gemma uiridis quædā. Ibis, auis similis ciconiæ a-  
**Ibis** pud Aegyptios. Syrtis syrtidos, aliquādo etiam syrtos,  
**Syrtis** locus in mari periculosus propter multitudinem arenarū.  
 Item idis, habent nomina in is patronymica & formam  
 patronymicorum habentia: uti sunt in is, librorū nomi-  
 na: Aeneis, Thebais, Achilleis. Et gentilia, ut Colchis, Sa-  
 namitis, Moabitis. Et omnia fœminina, quorū masculi-  
 na in a uel in es definiūt, ut poetis, prophetis, nautis, &c.  
 Item nomina uiroꝝ: ut Paris, Adonis, Daphnis, Alexis.  
 Item mulierū propria: ut Myfis, Lais. Quædā fluuiorū no-  
**Tigris** mina: ut Tybris, Phasis. Tigris etiā pro animali, uel ue-  
 locissimo & truculento, plura possunt genitiuū nomi-  
 niuo similit̃ habere: ut Adonis, huius Adenidis: sic Pari-  
 dis uel Paris. Dixi notat̃ plurima Græca, nō omnia:  
 quia multa genitiuum non similem efficiunt: ut Tyberis  
 trisy-



LIBER SECVNDVS.

trifyllabū, huius Tyberis: & est idem quod Tybris. Charybdis, huius Charybdis, quidā periculosissimus in mari locus. Lachesis, una parcarum. Charis charitis, id est, gratia. Hinc eucharis eucharitis, id est, gratiofus. Facis per eos, &c. Quædam Græca faciūt genitiuum in eos uel ios. Quædam etiam in yos per y Græcum paucissima in entis. De eos, ut Physis physicos, id est, natura Hinc Physica, sciētia de corporum naturis. Metamorphosis, id est, transformatio. Hæresis, id est, secta. Polis poleos, id est, urbs. Hinc Nicopolis, Heliopolis, Constantinopolis, &c. Poesis poeseos, opus poeticum. Genesis, id est, generatio. Sic thesis, dicecelis, &c. De ios: ut Pistis pistios, id est, fides. Basis basios, id est, gradus fundamentum, sustentaculum. Lexis, id est, dictio: Hinc lexicon, id est, liber uocabularius: à Græco λέγω, id est, dico. Parænesis, admonitio. Crasis, id est, temperamentum. Nemesis dea superborum ultrix. Multa alia inuenies per eos uel ios, quæ omnia sine crescentia nōnunquam efferuntur. De yos: ut Chelys chelyos, instrumentū musicum. Erinnyes erinyos, furia infernalis. Tethys autem Tethyos, id est, dea maris, uxor Oceani. De entis: ut Simois Simoentis, fluius Troiæ. Pyrois Pyroentis, unus equorū Solis. Opois opoentis, urbs quædā: & fectitur etiam Opus opuntis.

Charybdis

Lachesis

Charis

Physis

Metamor  
phosis

Hæresis

Polis

Poesis

Genesis

Pistis

Basis

Lexis

Parænesis

Crasis

Nemesis

Chelys

Tethys

Simois

Pyrois

Opois

Quod dedit er, dat eris: qd in en fuit, ut prius efiert.

Pauca nomina in is, faciunt genitiuum in eris, quia olim terminat in er, ut puluis pulueris, cinis cineris. Olim puluer, ciner, uomis uomeris, uel etiā nūc uomer uomeris. Itaq; in his tribus proprij obliqui exoluerunt. Duo sunt in is uel in er definitia, pro utraq; terminatio: ne proprios obliqs retinētia: ut hic cucumer huius cucumeris, uel hic cucumis huius cucumis. Puber puberis, uel pubis huius pubis. Vnde impuber impuberis, uel impubis huius impubis. Sequit qd in n fuit, &c. Noia in is definitia, quæ etiā in n literā definere reperta sunt, obseruant regulam de n litera: ut sanguis facit sanguinis penultima correpta, quia olim dicebant hoc sanguen huius sanguinis.

Cucumer

Sanguen

guinis.



DE NOMINVM RECTA DECLIN.

guinis. Pollis pollinis, quia etiã dicitur pollen pollinis.  
 Multa Græca faciunt genitiuum in inis penultima longa,  
 quia nominatiuus per in efferri potest, ut delphis del-  
 phinis, Eleusis Eleusinis, oppidi nomen, ut Salamis Sala-  
 minis, quia etiã dicimus Eleusin, Salamin. Trachyn uel  
 Trachys, cum y Græco, Trachynis, est Bœotia urbs. Sic  
 Phorcys Phorcynis, proprium uiri: & Arys Arynis, &c.  
 Dis, lis, dant itis, cum Samnis, iunge Quiritem.  
 Glis solum gliris, semis semissis habebit.

Quiris Lis litis, id est, discordia. Samnis Samnitis. Quiris, id est,  
 Glis Romanus. Glis pro animali gliris facit. Semis à semi &  
 Semis as (est enim dimidium assis) semissis facit. Semis pro di-  
 midio non flectitur, & melius in i definit semi, quo extra  
 compositionem raro utuntur. Is genitiui penultimam  
 in crescentibus corripit, ut lapis lapidis. Tolluntur in  
 is, quorum in etiam nominatiui terminatio est, ut Del-  
 phis cum Psophis Psophidis, oppidi nomine: & Crenis  
 Crenidis, nymphæ nomine. Et Lis, Cis, Samnis, Quiris,  
 Glis, Simois, Pyrois.

Os ti interponit: glos, mos, flos, ros facit oris.  
 Quod dedit or faciet ueluti prius, ossis os oprat.  
 Os oris, custos custodis, bos bouis: ois  
 Thos, Minos, & Tros, cupiūt: quibus addit heros.

Nomen in os facit genitiuum interponendo syllabam  
 ti inter o & s, & ita facit otis: ut cos cotis, sacer dos sacer-  
 dotis. Sic dos, nepos. Monoceros, id est, unicornis, bestia  
 in fronte cornu habēs. Rhinoceros, animal in naso cor-  
 nu habens. Excipiuntur à regula glos, mos, flos, ros,  
 quæ faciunt oris, ut gloris. Flos floris. Mos moris, id est,  
 Mos consuetudo. Ros roris. Habent etiam oris quæ in or quo  
 Odos quæ desinūt, ut odos odoris. Colos coloris. Vapos, id est,  
 Colos uapor fumus ex humidis calefactis surgēs. Timos, id est,  
 Timos timor. Lepos lepōris uel lepor, id est, uenustas & iucun-  
 ditas

LIBER SECVNDVS.

ditas in factis aut uerbis. Honos, id est, honor. Arbos, id Honos  
 est, arbor. Os ossis, os oris satis parent. Custos custodis, Arbos  
 bos bouis. Quædam Græca facit genitiuum in ois, ut Thos  
 thos, thois, animal ex luporum genere. Minos ois, Cre- Minos  
 tensum rex fuit iustissimus, ideo à poetis dicitur esse a-  
 nimarum iudex. Tros Trois, fuit Troiæ rex. Et capitur Tros  
 pro Troiano persæpe apud Vergilium. Heros, homo no Heros  
 bilissimus, quales dicuntur fuisse Hercules, Hæstor, Per-  
 seus. Talis fœmina dicitur herois idis, uel heroine, es Os  
 otis, & oris producuntur undiq; præter compos compo  
 tis, & impos impotis, & arbos arboris. Custodis produ-  
 citur ut ois, uelut herois. Corripitur uero bouis.  
 Vs mittet tibi oris, peius ceu peior habebit.

Vs facit oris penultima breui, ut corpus corporis. Cõ-  
 paratiua faciunt oris penultima longa, ut ea quæ in or  
 desinunt: ueluti peius peioris, melius melioris. Exempla  
 principalis regulæ, pauciora fermè sunt quàm ea quæ  
 excipiuntur, sed quia parũ inter fuisset, nolui mutare re-  
 gulam. Exempla itaq; sunt lepus leporis. Corpus omne Corpus  
 sensibile. Decus, honor. Dedecus, inhonestas. Littus, ter- Decus  
 ra prope mare. Fœnus, pecuniæ lucrum. Aliquando pro Littus  
 quocũque lucro ponitur. Tempus etiam pro capitis par Fœnus  
 te. Tempus est super aurem ex utraq; parte. Nemus, syl- Tempus  
 ua. Pectus, anterior pars animalis à gula usq; ad uentrẽ. Nemus Pectus  
 Pignus oris, etiam facit pigneris ut dicemus, ut fœnus Pectus  
 oris & fœneris, sed utrunq; rectius habet oris ut ego opi Tergus  
 nor. Tergus, corium uel pellis. Facinus, id est, factum si-  
 ue bonum siue malum. Terentius: Non fit sine periculo  
 facinus magnum & memorabile. Pecus quando est neu-  
 tri generis: fœminini generis pecudis facit.

Dant eris hulcus, holus, uellus, Venus & genus atq;  
 Viscus, acus, fœrdus, scelus & cum pondere uulnus,  
 Munus, onus, sidus, latus, ac opus, & uetus addo,  
 Et fumus, rudus: Sed oris uel eris dare pignus

D Vt fœ

DE NOMINVM RECTA DECLIN.

Vt sc̄enus dicunt: melius per oris fit utrunque.

Quædam nomina in us mutant us in eris penultima  
**Hulcus** breui: ut hulcus, collectio corrupti sanguinis in corpo-  
**Holus** re. Holus, omnis herba satiuâ quæ in usu cibario est. Vel  
**Vellus** lus uelleris, pellis cum lana & ipsa lana. Venus, dea æ-  
 moris. Genus, progenies & rei modus uel qualitas, ut  
**Viscus** genus mortis, genus uitæ. Viscus proprie intestinum  
 est. Viscus secundæ, id est, glutinum. Acus, frumenti pur-  
**Acus** gamentum. Fœdus, id est, pactum, & pax quæ fit inter  
**Fœdus** dimicantes. Scelus graue peccatum. Pondus quod graue  
**Scelus** est. Vulnus, lesura & hiatus apertura corporis ictu facta.  
**Pondus** Munus, id est, donum. Item munus, id est, officium. Verg.  
**Vulnus** Susceptum per fice munus. Onus, pōdus alicui iniunctū.  
**Munus** Sidus, id est signū cœleste è stellis formatū. Differt ergo  
**Onus** à stella, licet aliquando pro stella capiatur sidus. Latus,  
**Opus** quod infra alam est. Opus, res facta, ut carmen est opus  
**Funus** poetæ. Funus, cadauer & exequiæ & mors. Rudus, lapidum  
**Rudus** dum frustra & ruinarum materies. Pignus & sc̄enus ha-  
**Pignus** bêt oris uel eris, sed melius oris, sicut corpus, pectus: Pi-  
 gnus, quod creditori datur, ut fit securus: & pignora per  
 metaphoram filii dicuntur. Item pignus, est quod deponi  
 tur apud sequestitum. Vergilius: Tu dic mecum quo pi-  
 gnore certes.

Uris habent tellus, ueluti monosyllaba, grus, sus

Dant uis: intercus dat utis, liguris ligus optat.

Dat pecus hæc pecudis: loca Græca ferunt in untis.

Pus ortum dat odis, incus, subscus, palus udis.

Vtis sc̄emineum reliquum. laus, frauſq; dat audis.

**Tellus** Tellus & monosyllaba habent uris penultima longa.  
**Ius** ut tellus telluris, id est, dea terræ, & ipsa terra. Ius iuris,  
 quod natura aut ciuitas aut gens iubet. Et liquor eorum  
 quæ coquantur. Hinc iurulētus & iussulētus, iure plen⁹:  
 ut caro iurulenta, id est, quæ cum iure apponit: sic piscis  
 iurulētus. Rus ruris, crus cruris, thus thuris, mur muris.

Pus



LIBER SECVNDVS.

**Pus** puris, sanies & quicumq; humor in putredinem uer- **Pus**  
 fus. Purulentus, sanie plenus. Contra monosyllaborum  
 regulam, grus gruis facit, & sus suis. Intercus intercutis:  
 ligus liguris, hæc pecus pecudis. In his penultima geniti-  
 ui corripitur. Quædam Græca nomina locorum mit-  
 tunt genitium in untis. Opus opſitis, Achaia oppidū,  
 Hydrus hydruntis, alterius oppidi nomē. Cicero: Ad Hy-  
 druntem ludibundi peruenimus. Eodem modo habent  
 Anthemus, cerasus, placus, simus, trapezus, hierichus,  
 Anthemus, phillus, amathus, sipus: & plura. Cōposita à pus,  
 id est, pes Græca sunt, & faciunt in genitio podis penul- **Oedipus**  
 tima breui, ut tripus tripodis. Oedipus œdipodis. Dicit  
 etiã œdipus œdipi. Dicit etiam per primã œdipodes æ.  
 Tria faciūt udis penultima lōga: Incus incudis. Subscus  
 subscudis. Cato de re rustica. Subscudes ilignas adindin-  
 to. Reliqua in us fœminini generis faciūt utis, penulti-  
 ma lōga: ut uirtus uirtutis. Sic salus, iuuetus, &c. Quan-  
 titas omnium ex dictis liquet. Fraus fraudis, laus laudis.  
 At Emmaus castelli Iudaici nomē trisyllabū est, & decli-  
 natur à Plinio ut dominus: sicuti notauit doctissim⁹ gr̃  
 maticus Hermannus Torrentinus.

Vult i seri medio, b p si præit s, genitiui.

Nomen in bs aut ps facit genitium interponendo in- **Stips**  
 ter bs aut ps uocalem i, ut trabs trabis. Stips stipis, nu-  
 mulus: pauper mendicat stipem. Gryps gryphis. Cinips  
 ciniphis.

E per i mutabunt polysyllaba, dat cupis auceps.

Poly syllaba habētia e ante bs aut ps, mutant e in i bre-  
 ue in genitio, ut cœlebs cœlibis, princeps principis: se- **Auceps**  
 cus est de monosyllabis, ut seps sepis. Auceps autem facit  
 aucupis: & est qui aues capit. Canis aucuparius, quo au-  
 ceptus utitur.

Dic hyemis, pultis, capitis, cipitis dabo proli.

Hyemis, pultis, capitis genitiui sunt ab hyems, puls, ca-  
 put. Composita à caput faciunt cipitis siue in t de finant



DE NOMINVM RECTA DECLIN.

ut *sinciput*, *occiput* *occipitis*: siue in *ps*, ut *anceps* *incipi-  
tis*, *biceps* *bicipitis*, *præceps* *præcipitis*, *triceps* *cetericeps*,  
**Anceps** & cætera. *Anceps*, est dubius uel incertus. *Anceps* *gladi-  
Præceps* us, id est, utrinque sciendens. *Præceps*, cum capite deor-  
sum cadens. Aut in consideratus & nimium festinus. Om-  
**Plebs** nia in *bs* & *ps*, cum *hyems* & caput corripunt in geni-  
**Cyclops** tiuo penultimam præter *plebs*, *seps*, *gryps*, *cyclops*, *hy-  
Hydrops* drops. *Plebs*, ignobilior pars populi. *Cyclops*, gigas u-  
nocus. *Hydrops*, aqua intercus.  
 Ns aut rs s demens, tis dabit apte.

Nomina in ns aut rs faciunt genitiuum dempta s, & ad-  
 dita tis: ut *animans* *animantis*, *ars* *artis*, & cætera. Duo  
**Elmys** sumunt aspirationem in obliquis: ut *tiryntis* *tiryntis*: un-  
miculus in utero puerorum.

Dis uult *glans*, *nefrens*, *capitis lens*, & *folium frons*,  
*Libra*q; cum *pendo*, & quod cor faciet tibi nomen.  
*Yntis* habero *quiens*, & *iens*, *legem ambio* spernit.

Pauca habent dis, ut *glans* *glandis*: Sic compositum eius  
**Iugulans** *iuglans* *iuglandis* facit, dicitur quasi *Iouis glans*, ma-  
 gna nux quæ uulgo apud nos in magnis arboribus cre-  
**Lens** scit. *Nefrens* *nefrendis*. *Lens* *lendis*, pro *pedicali pullo*,  
 At pro *legumine* quodam *lens* *lentis* dicimus. *Lentigo*  
 macula faciei ad *lentis* similitudinem: *lentiginosus*, qui  
 tales maculas habet, ut *lendinosus*, cui multæ sunt *len-  
des*. *Frons* *frondis*, *folium* est, *frons* *frontis*, *capitis* pars  
 anterior à *radice capillorum* usque *super cilia*: metapho-  
**Libripens** rice pro pudore sumitur. *Libripens* *libripendis*, à *libra*  
 & *pendo*, pro *pondero*, est *stipis ponderandæ pensator*.  
 Composita à *cor*, *misericos* *miseri cordis*, *concors*, *dis-*

**Vecors** *cors*, *excors*, & *uecors*, id est, *stultus*. *Vecordia*, *stultitia*.  
**Quiens** *Quiens* *queuntis*, qui *quit*, id est, potest: *nequens*, qui  
*nequit*, *nequeuntis* facit: *iens* *euntis*: sic *rediens* *redeun-  
tis*, & cætera, sed *ambiens* *ambientis* facit contra *legem*  
*compositorum*.

LIBER SECVNDVS.

X in cis muto: per gis lex, frux, aquilex, rex,  
 Grex, remex flecto, cum Græcis addito multis  
 Impetigem, coniunx n tollens, coniugis ædet.

Nomen terminatū in x, mutat x in cis in genitiuo, ut  
 arx arcis, merx mercis. Radix radice, pars arboris aut Radix  
 herbae aut fruticis in terra. Ibix, genus syluestris caprae. Ibix  
 Pollux uiri propriū. Excipiunt à regula quæ gis pro cis  
 faciūt: ut lex legis, ius scriptū. Sic exlex, ilex. Frux fru- Lex  
 gis, quicquid ex fructu terræ in alimoniam uertimus. Frux Frux  
 legumen, triticū. Aquilex aquilegis, id est, putearius, id Aquilex  
 est, qui putei effodiendi certis in locis rationem habet. Rex  
 regis, grex gregis, remex remigis, qui remigat, id est, re-  
 mos agit. Remus est instrumentū quo naus agit: & lor-  
 rū quod continet tubā. Remigiū, remox: agitatio. Impe-  
 tix, id est, impetigo metagraeque ab impetendo uel ab impe-  
 tu, est fœdatio corporis, scilicet scabies sicca & aspera &  
 cætera, quia plura genera sunt. Coniunxconiugis n habet  
 nominatiuus, quā genitiuus abiicit.

E per i mutabunt polysyllaba, quam retinebunt

Myrmex & ueruex, aquilex, halexque, refexque,

Atque lelex, celex, tilis oprat habere supellex,

Dic senis, & noctis, niuis: actis pauca seruant.

Testis hylax. Solumque briax formatur in axis.

Polysyllaba in ex mutant e in i in genitiuo, ut remex  
 remigis. Apex apicis, id est, rei summitas, ut apex literæ, Apex  
 galeri &c. Apex scientiæ. Vertex, motus aut capitis summi Vertex  
 ras. Vortex, cõtorta aquarum inuolutio. Caudex, truncus, Vortex  
 sue prima pars arboris, cui radices adherent. Codex, idē Caudex  
 & liber uel tabula. Podex, id est, culus. Sic culex, pulex, Codex  
 cortex &c. Monosyllaba retinent e, ut lex, rex. Nex, id Nex  
 est, mors. Tull. Insidiatori & latroni quæ potest afferri Nex  
 iniusta nex: Pauca polysyllaba etiam retinet e, ut Myr- Myrmex  
 mex, ecis, serui nomē apud Apuleiū. Veruex, castrat<sup>9</sup> ari Veruex  
 es. Halex halecis. Refex, refecis, id est subsidiari<sup>9</sup> palmes. Refex

DE NOMINVM RECTADECLIN.

**Celex** Celex celexis penultima longa, fluij nomē. **Supellex**,  
**Senex** duplex crementum habet, facitq; supelleſtilis. **Senex** le-  
 nis. **Nox** noctis. **Pauca** Græca faciunt actis, ut **Hylax** hy-  
 lactis, canis nomen. **Aſtynax**, Heſtoris filius. **Nomina**  
 in x producūt in genitiuo penultimam, ut **thorax** acis.  
**Ferox**, ocis, animoſus, & atrox, id eſt, crudelis. **Corripi**  
 unt reliqua in ex niſi uibex uibicis: & quæ e retinēt qua-  
 tuor hæc, **myrmex**, **ueruex**, **halex**, **celex**. Itē corripunt  
**fax**, **abax**. **Colax**, paraſiti nomē, **ſimilax**, **Candax**, mulic-  
 ris & regionis nomē, **ſtorax** uel **ſtirax**, **onyx**, **ſardonyx**,  
**maſtix**, **pix**, **illix**, **phœnix**, **calix**, **coxēdix**. **Hiſtrix**, id eſt,  
**ericus**, **cilix**, **uarix**, **eryx**. **Nux**, arbor & fructus habens  
 durū operimentū. **Filix**, herba quædā. **Piſtrix**, tam pro  
 bellua marina, & cœleſte ſigno, q̄ pro muliere piſceue.  
**CruX** Nex necis. **Nix** niuis. **CruX** crucis, id eſt pœna. **Cruciare**  
**Trux** eſt pœna afficere. **Dux** ducis: ſic **reduX**, **irreduX**, **traduX**.  
**Præcox** **Trux**, id eſt, crudelis. **Salix**, arbor. **Præcox**, añ iepus ma-  
**VolunX** turus. **Cappadox**, populi nomē. **VolunX**, uiri propriū.

Tertius i præbet: Quartus fit in em tibi caſus.  
 Datiu<sup>9</sup> fit in i, accuſatiu<sup>9</sup> in em, ut huic pani, hūc panē.  
 Crescentem Græci per a quartum ſæpe dedere.

Nomina Græca creſcentia, accuſatiuum ſimiliter cre-  
 ſcentē ſæpe in a faciunt: ut **Pan** **Panos**, **Pana**. Non auſim  
 à pan panē dicere: nec à delphin delphinē, ſed poti<sup>9</sup> del-  
 phina, ſic **Pæana** à **Pæā**. **Lichē** lichena: **dæmō** **dæmona**,  
**ſirē** **ſirena**, **aër** **aëra**, **crater** **cratera**, **martyr** **martyra**, **He-**  
**ſtora**, **Caſtora**, **Neſtora**, **Giganta**, **Arcada**, **Pallada**, **ma-**  
**gnetā**, **Thaida**, **Laida**, **pixida**, **Simoëta**, **Pyroëta**, **heroa**,  
**Amathūta**, **Oedipoda**, **Chremeta**, **laſapſa**, **ſyringa**, **tho-**  
**raca**, **æthera**, & cætera, quorū pleraq; accuſatiuū etiā per  
 em finire inueniunt, ut **Chremetē**, **Dareta** uel **Daretē**,  
 uel (quia aliquādo nō creſcunt) **Chremē**, **Darē**, & more  
 Græco per n literā **Darē**, ut **Mofen**. **Accuſatiuus** uertitur  
 aliquando in nominatiuū primæ feminini gñis, ut hæc  
 hebdomadas hanc hebdomada: hæc hebdomada, **dæ**. Sic  
**æthera**, **lampada**, **cratera**. **Plau**. **Tene** hanc **lampadam**.



LIBER SECVNDVS.

Im dat uis, cucumis, ravis, tussis, sitis atq;  
 Plurima Græca, quibus rectus fit in is: sed & in dâr.

Pauca nomina habent solū im. ut uim, cucumim. **Rauiis**  
 uis rauim, id est, raucitas uel raucedo. Tussis tussim,  
 hoest. Sitis, id est, bibendi desiderium, Im quoq; habent **Sitis**

plurima Græca, quæ etiam per n literam in faciunt. So-  
 lum autem nomen in is desinens, potest accusatiuum fa-  
 cere per im uel in. Sed & hoc adde, accusatiuum per im  
 uel in, nunquã crescere, licet genitiuus aliquãdo crescat:  
 aut Araris, nomen fluuij, accusatiuo Ararim. Alexis Ale-  
 xim uel Alexin &c., ppria uiroz; multa, ut Daphnis, Pa-  
 ris, Adonis. Quædã nomina mulierz; ut Isis, Chrisis, My-  
 fis. Quædã nomina fluuiorū, ut Phasis, Tybris uel Tybe-  
 ris, Albis. Plurima appellatiua: ut Charibdis, locus ma-  
 ris inter Italiam & Siciliã periculosus. **Phthysis**, pulmo-  
 nis exulceratio: phthysicus, phthysi laborans. **Pleuresis**

aut pleuretis, morbus lateris acutus cum febris & tussa. **Pleuresis**  
 Pleutericus, qui pleuresi laborat. **Dicæcesis**, gubernatio  
 uel regimẽ. **Polis**, id est urbs. Hinc tripolis, oppidū uel re-  
 giuncula tres ciuitates sub se habens. **Metropolis**, præci-  
 puū regiõis oppidum, quasi mater oppidorz;. **Decapolis**, **lis**

regio decem ciuitatū. **Eclipsis**, defectus. **Iris**, arcus cœle-  
 stis. **Hypocrisis**, simulatio uel fictio: hypocrita, simula-  
 tor. **Erinnys**, infernalis furia. **Tigris** tam pro animali q̃ **Hypocrisis**  
 pro fluuio. **Amussis**, fabrorum regula ad dirigenda li-  
 gna uel saxa.

Em dat et im buris, peluis, cum clauē securis,  
 Et puppis, turris, restis, sic febris, aqualis,  
 Sic pestis, nauis, torquis, coniunge bipennim.

Quædam habent em uel im: ut buris & puluis, ut pel-  
 uim burim. **Buris**, est atrici cauda. **Peluis** uas in quo per-  
 luimus, id est, lauamus. **Clauis**, clauim uel clauē. **Securis**, **Peluis**  
 ferramentū quo secamns. **Puppis**, ultima pars nauis. **Pe-**  
 stis, id est, pestilentia. **Bipennis**, securis utrinq; scindēs bi-  
 pennim uel bipennem. **Torquis**, torquim & torquem.



DE NOMINVM RECTA DECLIN.

Pallas

Neutra per generalem regulam noscuntur, ut accusatiuo hoc corpus, hoc animal, & cætera. Vocatiuus nominatiuo similis est, ut homo, per regulam: Est primo quintus similis. Ex Græcis multa in es terminata, in uocatiuo abijciunt literã s, ut Pallas Pallãtis ô Palla, Euan dri filius. Pallas Palladis, id est, Minerua, ô Palla. Achilles ô Achille. Sic ô Vlysse, ô Chreme, ô Herme. Aliquando seruatur s, Ioannes, &c. Melampus ô Melampu, Paris ô Pari, Thebais Thebaidis ô Thebai, mulier Thebana. Sic Amaryllis ô Amarylli, Phyllis ô Phylli, Myfis ô Myfi, Mæris ô Mæri, Tiphys ô Tiphy, Athys ô Athy, Adonis ô Adoni, Alexis ô Alexi, & similia hominũ propria. Sic ô Tybri, ô Phasi, ô Thanai, & cætera. Aliquando retinet s, ô Pari uel ô Paris, & cætera. Nunc ablatiuum enucleemus, qui uel in e definit, uel in i: uel in e & in i.

Sextus e donabit, ceu pauper, sospes & hospes.

Mobilibus reliquis e uel i dabo: plus cape pluri.

Quod si sit neutrum per e tantum sextus in i fit,

Vt dulcis dulci: per e dat quandoque poeta.

Ablatiuus in e definit, ut uesper uespere, lux luce, tempus tempore, rus rure. Item sacerdos sacerdote, custos custode, pauper paupere, sospes sospite. Pauper & sospes adiectiua sunt, propter quæ pono regulam generalem, quæ est prima exceptio à prædicta regula: Omnia adiectiua (præter pauper & sospes) faciunt ablatiuum in e uel in i, ut degere uel degeneri, habere uel haberi, & cætera: nisi neutrum habuerint per e, tunc enim ablatiuum solt in i mittunt, ut hic & hæc dulcis, fortis, mitis: & hoc dulce, forte, mite, ablatiuo dulci, forti, miti. Hic cæpester hæc cæpestris hoc cæpestre, ablatiuo cæpestri, sic similia. Notanda est Seruij & Prisciani regula: Substantiua adiectiuis penitus similia, seruant e tantum, ut Iuuenalis, Martialis, Felix, Clemens, Laterensis, Salutaris, & similia uirorum propria. Idem est de appellatiuis, quorum tamen quædam (quia ab adiectiuorum natura non penitus deficient) inue-

Substanti  
ua ex adie  
ctiuis

LIBER SECVNDVS.

inueniuntur etiam habere i, ut annalis annale uel anna-  
 li. Sic Riualis riuale uel riuali. Rudis adiectiuum, rudi Rudis  
 tantum. Rudis substantiuū, rude rātum: & est uirga qua  
 donatur gladiator emeritus: & capis pro libertate. Item  
 rudis, est uirga qua aliquid agitat in igne, uel qua batuit  
 lana, &c. Volucris adiectiuū, id est, uelox, uolucris facit.

Volucris substantiuum, id est, auis, uolucris. Ea in quibus  
 substantiuum certū ilico intelligitur, uix e poterunt ha-  
 bere. Itaq; molaris à molari solū. Sic natalis, auricularis,  
 ædilis, cōsularis, &c. Substātiua ex adiectiuis licet e tan-  
 tum habeant in ablatiuo, tamen retinēt ium in genitiuo  
 plurali. Plus pluri tantū: Composita in ablatiuus non se-  
 quitur simpliciū regulam, quia misericors, tricuspis, in-  
 ops, & similia adiectiua i uel e seruāt, quum simplicia so-  
 lum faciant e. Confinis & affinis i tantū, ut dulcis. Soda-  
 lis, est eiusdem collegiū homo, et in rebus, leuioribus so-  
 cius, quasi simul edalis. Hinc sodalitas, id est, collegium  
 multorum, ceu conuiuium.

Plus

Confinis

Al uel ar, i neutris tantum dat, sicut e: præter

Sal, iubar, & nectar, far, hepar, ait mare uates.

Nomina neutri generis in al uel in ar uel in e definen-  
 tia, faciunt ablatiuum tantū in i, ut animal animalī, tor-  
 cular torculari, cubile cubili, monile monili. Tollunt sal  
 sale, iubar iubarē, nectar nectare, far farre, hepar hepa-  
 re, rete reti, ut cubile, quod satis indicat plurale retia.

Rete

Mensibus i tantum est, ut quis dat quartus in imūe.  
 Sextus e donat & i quū quartus in em uel in im fit.

Nomina mensium fiunt in i, ut aprili, quintili, sextili,  
 septembri, octobri, nouembri, decembri. Simplex tamen  
 habet e uel i, ut patebit. Nomina in is, quoz; accusatiuus  
 solum in im uel in definit, faciunt ablatiuum in i solum,  
 ut mēphiti, hāresi, genesi, Neapoli, poesi, amussi, ui, fiti,  
 tussi, &c. Quæ uero habent em uel a, & im uel in, habent  
 i uel e, sed ablatiuus in e genitiui crescentiā sequitur, non  
 ablatiuus in i, ut febri uel febre, turre uel turri, et cetera.

DE NOMINVM RECTA DECLIN.

Tethys Tethyn Tethy. Iſi uel Iſide. Tigri uel Tigride.

I uel e dant finis, fuſtis, pugil, & uigil, imber:

Vnguis, auis, poſtis, uectis, cum nepte ſupellex,

Atq; tridens, claſſis cum ciuis, & amnis & ignis,

Sic anguis, ſtrigilis ſtrigili, uix ſtrigile dicam.

**Tridens**  
**Classis**

Nomina huc poſita habent e uel i, ſed ſæpius e. Strigilis eſt inſtrumentum quo abraduntur ſudores, ſiue hominũ in balneis, ſiue iumentorum in ſtabulis. Tridens, ſceptra Neptuni triſulcũ. Claſſis, eſt nauium multitudo.

De plurali tertiæ numero.

**R**ectus in es fiet pluralis, iungito quartum.

Nominatiuus pluralis, cui uocatiuus ſimilis eſt cũ accuſatiuo, in es definit: ut hi hos & o homines. Fit autẽ hic caſus à gto ſingulari, mutãdo is uel os in es, ut ibis ibidis ibides: ibis, huius ibis, ibes: tigridis, tigrides: tigris tigres.

Quum genitiuus ium dat, quartus in eis quoq; fiat,

Trallis & Sardis ſpernunt: Quartus in as fit,

Dum per a quartº erat, ceu dæmonas atq; gigãtas.

Nomina quorum genitiuus pluralis in ium definit, faciunt pleraq; accuſatiuum per eis: ut partes partiũ, has partes uel parteis. Sic tris, omnis, acris, felicitis, artis. Veteres cum accuſatiuum per eis cum ei diphthongo ſcribebant, id neotericoꝝ doctiſſimi Politianus & Aldus in omnibº fermè ſcriptis ſuis obſeruauerũt: ut parteis, treis, acreis, ubi ei ſcribitur & profertur i longum, ita ut e uix audiatur. Exceptis oppidoꝝ nominibus Sardis & Trallis, quæ in es nõ poſſunt definire. Quartus in as fit, &c. Quando accuſatiuus ſingularis in a definit, accuſatiuus pluralis etiã in as terminari poteſt, ut hanc lampada has lâpades uel lâpadas. Sic dæmones uel dæmonas, &c. Sic heroas, lycas, Arcadas, delphinas, Sirenas, tripodas, &c. Nihil de neutris locuti ſumus. Nam per regulam generalem habent a in nominatiuo & uocatiuo: & alia quidem



LIBER SECVNDVS.

quidem habent ia, alia non, ut animalia, corpora.

Quod dedit i sexto (nisi comparat) hoc ia ponit.

Vult ia plus raro, nunquam uetus: effer aplustra,

Vel stria: si solum dat sextus e, non ia pones.

In nominibus neutri generis, si ablatius definebat in i, siue habuerat i solum, siue i & e simul, tunc nominatiuus, accusatiuus & uocatiuus habent ia: ut maria, felicia, cōcoloria, uersicoloria, quadrupedia, ancipitia, concordia, &c. Cōparatiua tantū a faciūt, ut meliora, dulciora: sic uetus uetera, nō ueteria, plus plura, & aliquando plura: unde cōplura & cōpluria. Quæ ablatiuū singularē in e terminant, solum a faciunt, ut dogmata, corpora. Gaufapa uero i Gaufapum esse diximus.

Vm uel ium patrio Latium dat: Græcia uult on.

Genitiuus pluralis tertiæ declinationis habet Latine um: ut patrū, uel ium, ut partiū: Græce etiā on: ut epigrāmaton, genescō, metamorphoseō, hæreseon, diocæseon.

Præbet ium patrius, si sextus in i fuit ante.

Genitiuus pluralis in ium definit, si ablatius singularis habuerit i, siue i solū, siue i & e simul: ut hoc ancile ab Ancile

hoc ancili, hoc anciliū: fuit scutū breue & rotundū. Monile moniliū. Animal animalīū. Sic nostratiū, uestratiū, imbrium, ditiū, laquearium, clauium, concordium, feliciū, prudentiū, amātium, dulciū, fontīū, cœlestium, agrestium, &c. Quædam per syncopam um faciunt: quædog: etiā in prosa, maxime ea quæ in ns definiūt, ut præfens, prudens, amans, &c. per regulā: Syncopa plurali.

Tolle uigil, supplex, opifex, uetus, & pugil, & quod comparat (excepto plus) artificem strigilemq;

Atq; inopē, memorem, consortē iungito & ortū

A capio, dures quibus additur. Vm dat e tantum.

Excipiuntur à dicta regula, quædā um solum habentia, licet in ablatiuo habuerint i, ut uigil uigilū, supplex suppli-



DE NOMINVM RECTA DECLIN.

Supplex  
Opifex  
Plus  
Inops  
Confors  
Exors

Supplicum, &c. Et quædam horum putant habere differentia causa, propter nomina neutri generis in ium definitia, qualia sunt supplicium, opificium, artificium, consortium, mancipium, municipium, sic principium, participium, sacerdotium, &c. Supplex, id est, supplicans, & humiliter rogans. Opifex, operis effector. Comparatiua, ut melior meliore, fortior fortiore. Plus tamen solum plurium facit. Artifex artificiosus. Inops, uehementer egens. Confors, id est, particeps. Exors, id est, non particeps, aut non confors, & idem est quod expers, hoc ium habet, nisi uersus gratia fiat syncopa. Composita a capio faciunt ium tantum, ut particeps participium, sic municeps, &c. A capite uero adiectiua faciunt ium, nisi fiat syncopa, ut anceps ancipitium, uel per syncopam ancipitium, &c. docet hoc Priscianus. Diues diuitium. Sic uolunt similia habere, hebes hebetum, quæ ium habere arbitror, & per syncopam ium, ut locuples locupletium. Um dat e tantum.

Nomina habentia e tantum in ablatiuo singulari, habebunt ium solum in genitiuo plurali, ut pauper, pauperum: sic impuber impuberum, quia licet aliquando adiectiue in singulari sumat, tamen impuberi per i, in ablatiuo non reperi. Itaque ium solum habent dogma dogmatum, &c. homo hominum, &c. Halec dicunt halecium facere. Exul exulum. Sic consul, præsul, Siren, Delphin, canon, huber, Cæsar, agger, pater, martyr, fur, turtur, præses, pes, sacerdos, dux, &c. Fex, crux, mel, fel. genitiuo plurali carent. Laus laudum, fraus fraudum. Aliquot exceptiones sunt ab hac regula, quarum prima est: Palus paludum. Fornax fornacum. Sus genitiuum dissyllabum, suum, semper facit. As dat ium latiale: magis polysyllaba dant ium.

Nomen Latinum in as definitum, facit genitiuum pluralem in ium. ut mas marium, uas uadium, as asium. Polysyllaba melius per syncopam efferuntur, tam in prosa quam in carmine, ut bonitarum. Optimas, quod pluraliter sæpius reperitur, non male optimatum facit. Dixi Latinum: quia Græca solum faciunt, ut Arcadas Arcadum, Atlas Atlantum: sic gigas. Donat

LIBER SECVNDVS.

Donat ium Samnis, lynter, caro, dos, uter os, os,  
 Glis, faux, nix, nox, cor, lis, cos, quodq; uncia donat.

S quoq; non crescens, uelut ns, iunge Quiritem.

Excipis inde canis, iuuenis, panis, uolucrisq;

Et uates, proles, soboles fortè indole iuncto.

Donat ium cum mure cohors, monosyllaba iunge,

Consona bina tenet, si finis, finge priorem

Tantum plurali numerum, signato figuras.

Ium habent Samnis Samnitium, lynter lyntrium. Ca

ro carnum, dos dotium, sic cos cotium. Vter utrium, os

ossum, & os orium. Glis glirium, faux faucium. Nix ni

uium, nox noctiū, cor cordiū, lis litium. Sic cōposita ab

uncia, ut septunx septunciū. Et nomina in es uel in is nō

crescentia in genituo singulari, ut sedes sedium, mensis

mensium, &c. Præter canis, panis, iuuenis, uolucris sub

stantiue captū, & uates uatum, proles prolium. Item so

boles sobolū, indoles indolū, si pluraliter legant, ideo di

xi fortè. Apes apum. Mus muriū. Cohors, multitudo mi

litum & aliquando aliarū rerum: genitiuus est corhor

tium. Nomina monosyllaba in duas cōsonantes desi

nentia, faciunt ium in genituo plurali, ut trabs trabiū,

plebs plebiū, seps sepiū, arx arcium, lynx lynciū. Sic fors,

scobs, stirps, urbs, puls, daps, falx, lanx, merx, calx, &c.

Nomina tantum pluralis numeri, genitiuum faciunt

ex analogia uel proportione numeri singularis, qui ueri

similiter esset, si singulari non carerent, ut penates pena

tiū, quia singulare foret penas, ut optimas uel infimas.

Fores forium, id est, ianua quæ foris aperit. Manes ma

nium, id est, defunctorū animæ. Vires uirium. Tres triū.

Aedes ædiū, id est, domus. Lactes lactiū, intestina. Sic sor

tes, sordes, sentes, pugillares, gades, alpes, &c. Proceres,

sunt capita trabiū, & excellentiores nobilioresq; urbis ui

ri uel principes. Vepres uepriū, & per syncopā aliquādo

ueprum. Contra um solū faciunt lemures, cœlites, maio

Apes  
 Cohors

Penates

Fores

Manes

Lactes

Proceres

Veprium

DE NOMINVM RECTA DECL.

res, &c. quia singularia forent lemur, cœles, &c. Nota  
to bene figuras, quæ circa genitiuum cōtingunt, syncopa  
& epêthesim. Syncopa iam satis declarata est: ut mē  
sum pro mensum, &c. ut boīm à bos, pro bouum. Macedo  
do Macedūm pro Macedonum. Epenthesis, est additio li  
teræ uel syllabæ in medio dictionis gratia metri: ut ales  
alitur, & per epenthesin alituum. Vergilius:

Epenthesis

Alituum pecudumq; genus sopor altus habebat.

Tertius est in ibus, bos bobus flecto boīmq;.

Datiuus pluralis, cui ablatiuus semper est similis, desinit  
in ibus: ut hominibus, patribus. Bos bobus, pro boui  
bus: & boīm pro bouum per syncopam facit.

Quarta declinatio.

**Q**uarta dat us recto, dat & u pri<sup>o</sup> inuariatū.

Rictus

Quarta declinatio nominum duas termina  
tiones habet us & u. Sed u prius, id est, in singulari nume  
ro non declinatur: ut rictus, id est, rostrum uel os. Inter  
hæc quædam plurali carent: ut gelu, astu, & cætera.  
Vs genitiuus habet, per uis flexere uetusti.

Senatus  
Magistra  
tus

Gtūs in us desinit, ut hic senatus, huius senatus, id est,  
senatorū conuētus, aut ipsi senatores, id est, quos uulgus  
scabinos uocat. Hic magistratus huius magistratus, regi  
men uel dignitas, aut aliqs in dignitate cōstitutus. Apud  
ueteres noīa quartæ faciebāt uis in gtō: ut huius manus,  
anuis, &c. Noīa in u diximus in singulari non uariari.

Cōmeatus

Tertius optat ui, quandoq; per u quoq; lectus.

Aestus

Datiuus fit in ui: ut hic cōmeatus huius cōmeatus huius  
cōmeatui, id est, facultas aliquo proficiscendi concessa à  
superiore. Etiam significat uictum militarē. Aestus uehe  
mens calor: & per translationem æstus desiderii & libi  
do. Luxus, id est, luxuria uel abundantia. Terētius: Ado  
lescens luxu perditus. Datiuus in ui, fit ab antiquo geniti  
uo in uis: à genitiuo autem in us, regulariter fit datiuus  
in u qui iam in rariore usu est: ut metu pro metui, &c.

Luxus

Vm retinet quartus: fit sextus in u tibi casus.

LIBER SECVNDVS.

Vm quarto: reliquis u casibus optat Iesus.

Accusatiuus fit in um : ablatiuus in u, uocatiuus simili-  
lis est nominatiuo, ut fructus, hunc fructum, ô fructus, à  
fructu, id est, utilitas. Iesus accusatiuum facit Iesum, ce- Iesus  
teri casus in u desinunt: ut hic Iesus, huius Iesu, huic Iesu,  
huc Iesum, ô Iesu, ab Iesu. Interpretatur salutaris aut sal-  
uator. Et est dictio trisyllaba.

**P**rimus pluralis cum quarto semper in us fit.

Dat genitiuus uum : per ibus tibi tertius exit.

Dant ubus artus, acus, ficus, tribus, & lacus, arcus.

Et specus, atq; ueru, partus, quercus quoq; portus.

Forfitan & questus à deponente creatum.

Nominatiuus pluralis cui uocatiuus similis est cum ac-  
cusatiuo, desinit in us, ut hæc manus, has manus ô manus.

Neutra in his casibus per regulã generalẽ a habet, ut cor-  
nua, genua. Genitiuus desinit in uum, & datiuus cum ab-  
latiuo in ibus, ut hi saltus, horum saltuum, his saltibus, id  
est, actio saltandi, aut sylua. Genitiuus per syncopã accu-  
satiuo singulari fit similis, ut currum pro curru. Pau-  
ca faciunt ablatiuum in ubus, ut artubus, ne si artibus dica-  
mus, uideatur esse ab ars. In quibus hæc ratio esse non po-  
test: ut acus acubus, quercus quercubus. Artus, id est, mē- Artus  
brum uel mēbri nodus. Arcus, quo sagittatur. Arquites, Arcus  
sagittarij. Portus, locus apud litus quo naues dirigunt. Portus  
tur ut tutæ sint & quiescant.

Quinta declinatio.

**R**ectus utriusuis numeri quartusq; per es fit

Pluralis quintæ, s dempra capit i genitiuus,

Cum dandi casu: Quartus uolet em, dabo sexto

E bene, uult erum patrius, uult tertius ebus.

Nominatiuus & uocatiuus utriusq; numeri quintę de-  
clinationis, cum accusatiuo plurali desinunt in es longũ.

Geni



## DE NOMINVM RECTA DECLIN.

Genitiuus & datiuus singulares in ei. Accusatiuus singu-  
laris in em. Ablatiuus in e. Genitiuus pluralis in erū. Da-  
Species tiuus & ablatiuus in ebus. Exemplū est in Donato. Spec-  
- Res es, id est, forma. Res, quicquid est. Omnia nomina quin-  
tæ sunt feminini generis, præter dies & merides, quæ sa-  
tis ex primo libro patent. Omnia nomina quintæ sunt  
appellatiua, ideo fides nomen uirginis est tertie declina-  
tionis.

### Patronymica.

Accides **P**atronymicum, est quod à nomine patris & abusi-  
ue alterius deriuatur, secundum Græcam formam,  
ut Aeacides, id est, Peleus à nomine patris sui, &  
Pyrrhus. Patronymicum, interpretatur patris nomen:  
à patre, & ὄνομα, id est, nomen: O murato in y. Patrony-  
micum significat filium aut filiam, nepotem uel neptem  
Aliquando etiã, qui post longa tēpora per rectam lineã  
consanguinitatis natus est, ut Pyrrhus, Epirotarum rex,  
dictus est Aeacides, quia dicebatur ab Aeaco descendisse.  
Patronymica formantur abusive à nominibus matrū,  
ut Iliades, id est, Romulus uel Remus Iliæ filius. A no-  
minib<sup>9</sup> fratꝝ, ut Phaetōrias, id est, Lāpetia soror Phæ-  
tōtis. A nominibus regū, ut Romulidæ, id est, Romani  
à rege Romulo. A nominibus filioꝝ, ut Meleagris Al-  
thea, A nominibus maritoꝝ, ut Menelias, Helena uxor  
Menelai. A nominibus deorum, ut Phœbas, Phœbi sa-  
cerdos. A nominibus urbiū, regionum: ut Colchis Me-  
dea à Colcho. A nominibus auorum, abauorum, & cæ-  
tera, ut Atlantiades, Mercurius, Atlantis nepos.

Patronymicorum terminationes, quibus Latini utun-  
tur, sunt quatuor: una masculini generis scilicet es, ut  
Priamides: reliquæ feminini generis, as, is, ne, ut Phæ-  
rontias, Priamis, Nerine.

Patronymica in es solum uiros significant: & sunt o-  
mnia primæ declinationis, & declinant, ut Anchises in  
singulari: in plurali uero ut poetæ.

Patronymica in as declinant per omnia, ut Lampas:  
ueluti Aetias adis uel ados, id est, Medea Aetæ filia.  
Patro-

## LIBER SECVNDVS.

Patronymica in is declinānt per oīa ut pyxis, ut Aeneis idis uel idos, id est, filia uel neptis Aeneæ.

Patronymica in ne declinantur eodē modo ut pētecofte. ueluti Nerine Nerines, id est filia aut neptis Nerei.

Nomina primæ declinatiōis mutāt æ genitiui in a breuem, & iuncta syllaba des reddunt patronymica, ut Pelias Peliaæ Peliades.

Nomina secūda declinationis uel secundi ordinis correpta i genitiui addūt des, ut Priami Priamides: nisi fuerint duo ñ, tunc posterius mutatur in a breue, & additur des, ut Menetius Meneti Menetiades. Quæ uero ei habent mutant ei in i longū addita des, ut Peleus Pelei Peliades. Tydeus.

Nomina tertij ordinis, uel tertix declinationis correpta i datiu addunt des, ut Hæctor Hæctori Hæctorides.

Patronymica in as formant à patronymicis in des, habentibus a ante des extrita de syllaba, ut Peliades Pelias.

In is patronymica formantur ab habentibus i ante des ablata de, ut Priamides Priamis idis.

Patronymica in ne pauca leguntur, & formant à genitiuis addita syllaba ne, ut Adraſt<sup>9</sup> Adraſti Adraſtine.

### Pronominum declinatio.

Prima declinatio pronominum mittit genitiuum in i, ut ego mei, tu tui, sui sine nominatiuo. Ego in datiuo etiam mi facit. Vergilius in sexto Aeneidos:

Et mi genus ab Ioue summo.

Secunda declinatio mittit genitiuum singularē in ius per duas syllabas, ut illius: uel per unā, ut huius. Tertia declinatio mittit genitiuum singularem in i, æ, i. meus mea meum, mei meæ mei: Meus uocatiuum mi. Quarta declinatio mittit genitiuum in atis, ut nostras nostratis, uestras uestratis: declinant per tria genera, ut arpinas.

### Pronominum compositio.

**P**ronomina componunt inter se, ut ego ipse tu ipse suus ipse. Ego ipse est quod indocti dicunt ego personaliter. Iste componitur cum hic seruata aspiratione, ut isthic, isthæc, isthoc, uel comice isthuc: geniti-  
Isthic  
E uo &

DE PRONOMINVM RECTA DECL.

ud et datiuo caret, accusatiuo isthunc, isthac isthoc: ablatiuo isthoc, isthac, isthoc. Pluraliter generis neutri, nominatiuo & accusatiuo isthac: cæteris caret. Sic inuenitur ille cum hic, illhic illhæc illhoc. Secundo, pronome componitur cum nomine, ut huiusmodi, & intercedente syllabica adiectione, huiusmodi. Tertio, teste Donato cum præpositionibus componuntur, ut mecum, tecum, secum: funguntur tamē aduerbiorum uice. Quarto componitur cum aduerbio, ut idem ab is & demum, quasi is demum, id est, præcipue uel iterum. Et declinatur sic, idem eadem idem, eiusdem, eidem, eundem, eandem, idem, ab eodem eadem eodem. Et pluraliter eidem uel, iidem eadem eadem eorundem, earundem, eorundem, eisdem uel, iidem, eosdem, eisdem, eadem, ab eisdem uel, iidem. Quinto, hic componitur cum conjunctione interrogatiua ne, ut hiccine hæccinæ hoccine, genitiuo & datiuo caret, huncine hancine hoccine, ab hoccine haccine. Et pluraliter generis neutri, nominatiuo & accusatiuo hæccine, cæteris caret. Sexto pronomina componuntur cum syllabicis adiectionibus, quæ sunt quinque, met, tim, te, ce, pte. ut egomet, meatum, tute, huiusce, suapte. Syllabica adiectionis, est syllaba extra compositionem nihil significans.

Qui & quis in compositis.

In fœminino genere Donatus dicit: quæ uel qua in singulari, & similiter in nominatiuo & accusatiuo plurali neutri generis, id solum fecit propter composita à quis uel qui. Nam qua nominatiu<sup>9</sup> casus, extra compositionem nihil significat. Vt ergo cognoscas composita à quis, et qui notabis uersus Badianos:

En, ne, alius, num, si, deponunt quis sibi subdi.

Et qua uolunt non quæ quoties reperitur utrunq.

Post quis namq. priam non qui tu pone putas quam.

Dam uis eunq. libet non quis, sed qui sibi subdet.

Nec qua uolunt sed quæ quoties reperitur utrunq.

Quis in compositione postponitur dictionibus en, ne, alius, num si. Et dicimus, ecquis, nequis, aliquis, nūquis, siquis.

# GRAMMATICAE DESPAV

terianæ, Liber Tertius,

De Heteroclitis.



**ETEROCLITA** PRO-  
 prie loquendo, ea demum dicun-  
 tur quæ contra aliorum regulã  
 declinantur, ut cœlum & uas. In  
 hoc libro congeffi anomala, defe-  
 ctiva, & abundantia, tanquam ge-  
 nerali nomine hæc omnia hæte-  
 roclita dicantur. Diuifi autem li-  
 brum in tres partes: in anomala

quæ proprie heteroclitita dicuntur, in ecliptica uel defe-  
 ctiva, & in abundantia. Heteroclitum interpretatur ali-  
 ter declinatum ab ἑτερος, id est, aliter, & κλίσις declina-  
 tum. Heteroclitis est alia declinatio. Anomalia, id est, ir-  
 regularitas ab α, id est, sine & νόμος, id est, lex: anoma-  
 lum irregulare. Heteroclitum igitur triualiter loquen-  
 do tripliciter fit: quia aut uariat, id est, contra aliorum  
 normam declinatur, ut hoc cœlum, hi cœli: aut deficit,  
 ut aurum sine plurali: aut abundat, id est, uario genere  
 aut uaria terminatione aut declinatione idem notat,  
 ut hic aut hæc uulgus, tignus, uel tignum, ficus huius  
 & cætera, hæc memoriæ commendabis per uersiculum  
 doctissimi Badij: Deficit aut uariat heteroclitita uox uel  
 abundat.

Irregulariter declinatur nomen siue uariat quin-  
 que modis. Primo uariat genus, ut hoc cœlum, hi cœli:  
 & dicitur heterogenum uel heterogeneousum. Secundo ua-  
 riat declinationem tantum, ut hoc uas uasiss, hæc uasa ua-  
 forum. Tertio uariat genus & declinationes, ut hoc epu-  
 lum, hæc epule. Quarto uariat siue irregulariter format  
 obliquos: ut Iupiter, Iouis. Quinto contra aliorum mo-  
 dum aliquos casus finit, ut ambo, de his primo dicam: in  
 de sum defectiuus abundantia enucleabo.

E s Ano



DE NOMINVM HETEROCLI.  
Anomala siue heteroclita, & primo in singulari  
masculina, in plurali neutra.

**M**ascula sunt primo numero, sed neutra se-  
cundo

Dindymus, infernus, locus, Ismarus, & ioca, cetus,  
Mænala, taygetus, ceu tartara, massica, auernus.

Sibila, pangæus, ceu tenara, carbasa, dant hi

Quædam plurali, uerum loca non damus arti.

In singulari masculina, in plurali neutra sunt nomina  
hic posita, hic dindymus, hæc dindyma &c. sed hic aut

hec carbasus, quædã horz etiã masculina sunt in plurali,

& sic non sunt heteroclita: ut hic iocus, hi ioci, uel hæc io-

**Baltheus** ca, & cætera. Balthe<sup>o</sup>, est militare cingulũ, uel zona bul-

**Permissus** lis ornata, Etiam est lorum, quo milites arma portant.  
Permissus, id est, permissio uix quicquam in usu habet

**Euentus** præter ablatiuũ permissu, ut sine patris permissu, nihil  
agas. Euentus, hi euentus, & hoc euentũ, hæc eucta, quic  
quid casu aut fortuna euenit siue bonum siue malum.

In singulari fœminina, in plurali neutra.

Hæc prius, hæc post dāt tibi pergam<sup>o</sup> atq; supellex.

Hæc duo nomina pergamus & supellex dant prius &

post hæc, id est, in singulari sunt generis fœminini, & in

**Zizania** plurali generis neutri, ut hæc pergamus, hec supellex, &

pluraliter hæc pergama, hæc supellecilia. Zizania æ, &

pluraliter zizaniæ arum, uel hoc zizaniũ, & pluraliter

**Pascua** hæc zizania, orum, id est, lobũ & quodcunq; adulterinũ

semen quod frugibus miscetur. Pascua, æ: pascuæ arum,

uel pascuum, hec pascua, pascuorum, omnis locus in quo

**Chronica** pecudes pascuntur siue pratũ, siue ager, mons & cætera.

**Altilis** Chronica chronicorũ pro historijs temporũ. Altilis, id  
est alitus uel saginatus, ab alo alis, & cætera.

In singulari neutra, & in plurali masculina.

Mascula plurali numero sunt neutra priore,

Ely<sup>o</sup>

LIBER TERTIVS.

Elyfium cœlum, quibus apte iungitur Argos

Plurali numero sunt mascula, neutraue, frenum

Et filum, claustrum, rastrum, coniunge capistrum.

Est primo numero neutrū plus, omne secundo.

In singulari neutri generis, in plurali masculini sunt, hoc elysium, hi elysii: hoc cœlū, hi cœli, hoc Argos, hi Ar

gi: quę sequuntur, in plurali tam neutri q̄ masculini gene

ris sunt: ut hoc frenū, filum &c. Plus singulari solū neu

tri, in plurali omnis. Vt hi & hæ plures & hæc plura. Ely

sum, locus bonarū animarum. Cœlum beatorum habi

taculum. Argos, hi argi, urbs erat excellentissima prope

Athenas. Vnde omnes Græci dicunt Argiui & Argolici.

Frenum, quo equus regitur. Filum, quod ex lino lanæue

trahit nendo. Claustrū clausura uel quo aliquid claudit.

Rastrum instrumētum rusticum quo terra raditur. Ca

pistrum, hi capistri, uel hæc capistra, capitis uinculum

quod iumentis adhibetur. Capistrare, capistrum impo

nere. Plaustrum uel plostrum, id est, currus. Clathra li

gna sunt quibus transuersis aliquid munimus sepimū

ue: ut fenestras & caueas, quæ ob id clathratę dicuntur.

Clathro as, cum actō, id est, clathris munio & sepio.

In singulari neutra, in plurali forminina.

Dic epulas & delicias, numerus prior um dat.

Balnea dic uel eas, tantum priorū numerus dat.

Nundinū apud ueteres, nūc usus nundinę habebit.

Pauca in singulari sunt neutri generis, & in plurali nu

mero forminini, ut hoc epulum hę epulæ, arum: hoc deli

cium, hæ deliciæ: hoc balneum, hæc balnea, orum, uel hę

balneę, arum. Epulum est, teste Valla, conuiuium pom

posum & numerosis cibis paratū. Deliciū, hę deliciæ arū,

id est, uoluptas et oblectamentū. Balneū, hæc balnea, uel

hæ balneę, locus in q̄ lauamur. Balneariū, id est, balneū:

hoc amygdalū, hęc amygdala pro fructu, qui nux Græ

ca & thassa dicit. Itē pro fructu, hęc amigdala, æ, hę amy

Elyfium

Cœlum

Argos

Frenum

Rastrum

Capistrū

Delicium

Balneum

DE NOMINVM HETEROCLI.

gdalæ amygdalarum. Cæpe uel cæpa, est herba notæ.

Obliqui Heteroclitici.

Anormes seruant obliquos nomina quædam

Iupiter est testis, cum multis ante relectis.

Multa nomina enormiter faciunt suos obliquos, ut caro carnis, lac lactis, Iupiter Iouis. Sic hepar, femur, robur, sanguis, turbo, anio, supellex, & plura ante declarata: sic festoz nomina, bacchanalia bacchanaliorum bacchanalibus, & cætera: sic poema in datiuo ablatiuo & plurali, poematis melius quàm poematibus. Item ambo duo, ego, & tu, pronomina, & cætera. Causa in multis est, quia alij fuerunt olim nominatiui, ut carnis, lacte, Iouis, itiner, iecor, & iecinus, robor, teste Phoca, hepas, femor, sanguen, turben, anien, supellectile, & cætera, poematum, dogmatum, & cætera.

Vas, iugerum, domus.

Vas uasis ternæ, pluraliter esto secundæ.

Pluralitantum numero, fit iugera ternæ.

Attamen affertur cum iugere iugeris apte.

Partim fit quartæ, partim fit domus esto secundæ.

Vas

Iugerum

Vas uasis neutri generis, in singulari est declinationis tertię, in plurali secundæ, hæc uasa uasorum uasis: quia olim dicebant hoc uasum. Iugerum iugeri iugero iugerum, ô iugerum à iugero, in singulari secundæ est. Inuenimus tamen genitiuum iugeris & ablatiuum iugere ab antiquo nominatiuo iugus aut iuger: declinemus sic iugerum. Nominatiuo iugerum, genitiuo iugeris uel iugeri, datiuo iugero, accusatiuo & uocatiuo iugerum, ablatiuo iugero uel iugere. Et pluraliter nominatiuo accusatiuo & uocatiuo iugera, genitiuo iugerũ, datiuo & ablatiuo iugeris uel iugeribus. Domus sic flectitur: Nominatiuo hæc domus, genitiuo huius domi & domus, datiuo huic domui, accusatiuo hanc domum, uocatiuo

Domus

ô dom

## LIBER TERTIVS.

δ domus, ablatiuo ab hac domo. Et pluraliter hæ dom<sup>9</sup>, harum domuum & domorum, his domibus, has domos, δ domus, à domibus. Est itaque domus partim secundæ declinationis, partim quartæ. Domi genitiuus, locum ædificij denotat, & ponitur loco aduerbiij, ut sum domi, id est, in domo. Domus genitiuus, ædificium significat, ut culmen domus.

### DEFECTIVA.

**D**efectiua nomina sunt, quibus aliquid in plena declinatione repertum deest, uel casus uariatio, ut centum: uel casus aliquando, ut sponte: uel alter numerorum, ut arma. Sed prius quàm ad rem accedam declarabo casuales formas, quæ sunt aptota, monoapta, diapta, triapta, tetrapta, pentaapta, hexapta. Nomen itaque aptoton est quod per omnes casus uniformiter currit, ut quatuor, & dicitur ab α, id est, sine & *ἁόσις*, id est, casus, quasi sine casu uariatione. Monoaptoton, est quod unicum casum habet, ut natu, aliquando etiam plures, sed qui similes esse solent, ut expes, & dicitur à *μόνῳ*, id est solus uel unicus, & *ἁόσις*, id est, casus. Diaptoton, est quod duas diuersas uoces habet, ut uerua uerubus: quia ueruū in usu non est. Dicitur à *δύο*, id est, bis, & *ἁόσις*. Triaptoton, nomen quod tres diuersos casus habet, ut templum, templi, templo, dicitur à *τρεῖς*, id est, tres & *ἁόσις*. Tetraptotum, nomen quod in declinatione habet quatuor diuersas uoces, ut puer, pueri, puero, puerum, à *τετραῖς* quatuor & *ἁόσις*. Pentaptoton, quod in declinatione sua habet quinque diuersas uoces, ut dominus domini domino domini domine, dicitur à *πέντε*, id est, quinque & *ἁόσις*, id est, casus, ut hexaptoton ab *ἕξ*, id est, sex, & cætera. Hexaptoton, est quod in declinatione sua sex habet uarias uoces, ut unus, unius, uni, unum, une, uno. Diomedes appellat has formas simplicem, unicam, bipertitam, ternariam, quaternariam, quinariam, senariam.

Monoptoton

Diaptoton

Triaptoton

Tetraptotum

Pentaptoton

Hexaptoton

Aptota, id est, indeclinabilia.

E 4

No



DE NOMINVM HETEROCLIST

Nomen in u nullum numero uariabo priore.

Nusquam nomen in i numerosq; notasq; reflecto.

Hinc, duo, tres, unus uolumus cum milia demi.

Et quæ dat centum, testem tibi pono ducenti.

Nullum neutrum in u uariatur in numero singulari, ucluti cornu, ueru. Nullū nomen in i declinatur: ut gummi, sinapi, nauci. At frugi nihilq; obliqui sunt figurate quibuscunq; iungibiles, teste Prisciano. Numerosq; cardinalium, id est, principalium & primosq; unde alij inclinant numeri, noia nō declinant: ut quatuor, quinq; centū, bis centū, &c. mille, bis mille adiectiuū. Hinc excipim<sup>9</sup> duo, duæ, duo, tres tria, & principium numeri potius q̄ numerus, unum, una, unū, hoc mile unico l substantiuū: cuius ablatiuū mili esse ut cubili, ostendit Macrobius: plurale est milia, miliū, milibus. Nomina literarū cum dictionibus materialiter (ut loquunt) positis aptota sunt: ut a, alpha, g gamma, magistri, si dicas magistri est genitiui casus: nonnunq̄ flectuntur, ut ab homine deriuatur nemo.

Barbara multa manēt nō flexa quibus dato cepe,

Pondo, pedum, neq; nugas, hir, fasq; nefasq;

Nil, nihil, instar, ador, tot, quot cum prole utriusq;

Adde necesse datis, frit, præstoq; pluria iungunt

Indocti ut rhemis, tu rhemi flectere debes.

**Bel** Multa barbara, id est, nec Latina nec Græca sunt inde  
**Pondo** clinabilia, Bel, quem nostri Belum uocitant, fuit primus  
**Pedum** Assyriorum rex, post mortem habitus deus. Pondo tantum  
**Instar** pluralis numeri, una pondo, ut una arma. Pedū, nō  
flectit, est baculus pastoralis, uel uirga incurua, qua pecudum pedes detinent. Instar significat ad æquiparationem. Vergilius:

Instar montis equum diuina Palladis arte  
Aedificant.

**Ador** Ador, frumenti species. Subtel concauum pedis. Pus de clinæ

LIBER TERTIVS.

clinatur ut thus. Virus uenenum est & grauis odor. Pyr, Subtel  
id est, ignis: Græce flectitur pyr, pyros, pyri, ô pyr. Virus  
Pyr

Nominatiuo singulari carentia cum paucis alijs.

Vix retinet rectum frondis, cum femine, frugis,

Cum ditione dabis, precis, & necis, & uicis atq;

Remigis, addis opem, nisi diuam significaris.

Verberis adijcito, primoris Seruius addit.

Aleo dat rectos ut ganeo, iungitur expes.

Ganeo uult etiam quartum, satias dabis ate.

Non later aut uiscus cum doctis ferre uerebor.

Nex, remex, & daps parce utens pulchra putabo.

Frōdis, &c. carēt nominatiuo, ganeo, & aleo cum ex-  
pes solū sunt nominatiui & uocatiui casus, ganeonē ali-  
quādo legi. Frōdis. Vergilius tamē frons tenera dixit: Frondis

Feminis, nī, à femine. Et pluraliter femina integrum est.

Festus nominatiuo femē utitur. Sunt autē femina inte-  
riora, femora exteriora. Ditiōis, ditioni, ditionē, à one, Ditionis

id est, potestatis aut imperij. Dapis, dapi, dapem, à dape. Dapis

Plurale dapes integrū est. Dapes, sunt magnifici & opi-

pari apparatus ciborū. Dapalis cœna, id est, lauta & opi-

para. Precis, ci, cem, à ce: plurale preces integrum est, id Precis

est, rogationes. Necis, ci, cem, à ce, id est, mors uel cedes. Necis

Cicero nex dixit. Vicis, uici, uicē, uice, plurale uices, uici-

bus, genitiuū nō reperi: & in singulari uicis, & uici, raris-

sime leges. Vices, sunt alternatio, aliquādo pro loco capi Vices

mus, ut faciā uice tua, id est, pro te. Item pro fortuna uel

incomodo. Opis opē, ab ope, id est, potestatis & auxiliij, Opis

plurale opes, integrū est, qd significat potestatem uel auxi-

lium, & sapissime diuitias. Ops, opis, quādo integrū est,

significat deā, scilicet uxore Saturni, & est dea terræ. In-

ops, pauper. Viscus (ut Seruius ait) est quicquid sub co-

rio est. i. oīs caro inter ossa & cutem. Euiscerō. i. uiscera Later

extraho. Visceratim, per uiscera. Lateris, ri, rē, à re, plu- Later

rale lateres integrū est. Later, est lapis coctus. Aleo, id est, Aleo

DE NOMINVM HETEROCLISI

Ganeo  
Expes  
Satiat

aleator, nominatiuum & uocatiuum solum habere dicitur. Ganeo, id est, heluo & scortator. Expes, sine spe, nominatiuus & uocatiuus solus est. Satiat, id est, satietas: nominatiuus & uocatiuus habes solum ablatiuum satiate.

Vocatiuo carentia.

Quærens, distribuens, infinitumq; negansq;  
Et referens, uocitante carent: pronome ut omne.  
Quatuor exceptis, noster, nostras, meus, & tu.

Vocatiuo carent interrogatiua: ut quis, qualis. Distributiua: ut quisq; omnis, cuius plurale omnes, collectiue aliquando capitur, & sic uocatiuum habet. Infinita, ut alius, siquis. Negatiua, ut nemo, nullus, neuter. Relatiua, ut qui, talis. Omne pronomen præter tu, meus, noster, nostras.

Soli ablatiui.

Est ablatiuus nonnullis solus in usu.

Obice, sponte, diu, noctu, natu, impete iussu,  
Astu cum promptu permissu, flamine iunge,  
Impetis, & sponte, flamenq; leges aliquando.

Obice  
Sponte

Quædam in singulari numero solum ablatiuum in usu habent, ut obice, sponte, &c. obice, nominatiuus apud grammaticos aliquando ponit obex, id est, obstaculum, in plurali obices & obicibus est in usu, obicum nusquam inueni. Sponte, id est, uoluntate propria, & suapte natura sine hominis labore. Diu, id est, die. Noctu, id est, nocte: plerumque aduerbia sunt: Natu, id est, natiuitate & ætate. Impete, id est, impetu, ab antiquo nominatiuo impes. Astu, id est, astutia, calliditate. Promptu, id est, manifesto.

Diu  
Noctu  
Natu  
Impete  
Promptu

Quibus desunt genitius, datus, & ablatiuus plurales.

Plurali numero cum sexto tertius absit,  
Et patrius quintæ: res atq; dies capis inde.

Talia sunt ius, thus, æs, os, far, defruta, morum,  
Hordea, mullæ, forū, uinum mare: iugito rus, mel,

Oribus

LIBER TERTIVS.

Oribus & uinis, & plura legendo notabis.

Nomina quintæ declinationis in plurali carent geniti-  
uo, datiuo, & ablatiuo. Excipiuntur duo, res rerum, dies  
dierum. Carent secundum grammaticoseisdem casibus,  
ius, thus, &c. Mustum, est nouum uinum. Fretum, id est, Mustum  
mare. Morum, fructus arboris mori & ruborum. Mul- Fretum  
fum, potio dulcis ex uino & melle: iungi possunt uel ra- Morum  
ro uel nunq̄ habetia dictos casus, ut hyems, fel, crux, &c. Mullum

Reliqua certis casibus carentia.

Cætera masculæi rectum remoueto priorem.

Dic fors forte, luesq̄ luem, maçti dato maçte.

Tantundem solum tantidem debet habere.

Cum primo quartū quintūq̄ specus petit: & plus

Pluris & à pluri neutrum, plurale fit omne.

Suppetiæ, inficiæ, dant quartum: dica dat as am.

Deq̄ ueru ueruum tollunt: grates dato fratres.

Gratis, grate: leges repetundarum, repetundis.

Vis, uis, uim, ui, dat, quondã has uis, nũc fero uires.

Aufim cum magno Fabio bene dicere tabum.

Hæc cætera, hoc cæterũ nominatiuum singularem in  
usu nõ habet qui esset cæter. Hæc fors õ fors, forte, id est,  
fortuna uel euentus. Lues, hanc luẽ, aliquãdo etiã ab hac  
lue, id est, cõtagio, aut pestis. O maçte & pluraliter õ ma  
çti: dictiones quibus aliquem laudamus, quasi magis au-  
cte, magis auçti, cũ exhortatione ad uirtutẽ aut gloriã.  
Tantundẽ, tantidem, tantundẽ, cæteris caret. Specus, in Tantundẽ  
nominatiuo, accusatiuo, uocatiuoq̄; dum est neutri gene Specus  
ris: specoris, specori, specore, in usu nõ sunt. Hoc plus, hu  
ius pluris, hoc plus, ab hoc plure. Plurale hi & hæ plures,  
& hæc plura, integrũ est. Hæc suppetiæ, has suppetias, id Suppetiæ  
est, auxilia. Hæc dica, hanc dicam, has dicas, id est, accusa  
tio uel causa. Grates sine gtõ, dtõ, uel ablatiuo plurali, Grates  
in fin.



## DE NOMINVM HETEROCLISI

Repetun-  
darum

in singulari solum habet genitiuū, gratis, & ablatiuum grate, & significat gratias. Harum repetūdarum, ab his repetūdis tantum, scilicet pecuniarum, aut rerum principi aut populo surreptariū. Vis, huius uis, hanc uim, ō uis, a ui. Et pluraliter has uis apud ueteres, nunc ab antiquo singulari dicimus hæ uires, uirium, uiribus, &c. Huius ta-  
bi, ab hoc tabo tantum ut grammatici uolunt.

Plurali numero carentia.

Propria plurali, nisi sint pluralia tantum,

Cuncta carent: cum mensuratis herba, frutexq;

De specie loquimur: tamē hæc quandoq; legunt

Plurali numero, partes ubi significamus:

Sicut uina, fabæ: plurale tenent quoq; raro

Abstractum nomē quintæ, nomenq; elementi.

Plurali numero carēt propria nomina quarumcunq; rerū, nisi sint tantū pluralis numeri. Exempla sunt propria uiroz: ut Ioannes, Iacobus. Et mulierū: ut Anna, Phyllis. Montium: ut Ossa, Olympus. Sic oppidorū: planetarum, & cetera: ut Venus, uesper, uesperugo, sic uespera & uesperū, Mars, Sol, & cetera. Dixi: Nisi sint pluralia tantum, propter Athenæ, Gabij, Artaxata, & cetera. Inuenimus pluraliter Iacobos, Scipiones, Hectores, &c. At Venetiæ regio est: Venetiæ Venetiarū, Venetiæ urbs. Secundo singulari carent nomina rerum, quæcunq; referuntur in pondus uel mensuram, ut nomina metalloz: aurum, plumbum, ferrum, argētum, stannum, &c. Nomina frumentoz: ut triticum, siligo, &c. Et leguminum: ut eruum, cannabis & multa alia: ut lac, butyrum, lardum, seuum, &c. Loquimur autē de specialibus, nam generalia pluraliter declinari nihil impedit: ut metalla, aquæ, liquores, frumēta, legumina, &c. Quinetiā specialia in plurali numero quandoq; leguntur, ubi partem significare uolumus: ut uina, hordea, pisē uel pisa, fabę, æra, electra, farra, defruta, mella, balsama, cinnama, quibus uix sunt in plu-

LIBER TERTIVS.

in plurali genitiuus datiuus uel ablatiuus. Sic lentes, ane  
na, lupini, fraga, acera, cuius datiuus uel ablatiuus acetis  
rarissime legif. Sic mufca, mufca, aliquando etiam mufcis,  
&c. Item herbarum fruticumq; nomina raro pluralem ha  
bent: ut apium, filer: nonnulla aliquando habent: ut lolia,  
& apud Ouidiū lolis, croci, hyacinthi, lilia, rofa pro flo  
ribus & herbis, citrini, pro quo barbare citrulli dicūt, te  
fte Torrētino, rutę, cape, porri, myricę, genifcę, uiburna  
cum multis alijs. Declaranda funt nōnulla uocabula hu  
ius regulę. Metallum eft omnis dura materia in terrę Metallum  
uiferibus nata. Aurum, ab aura, id eft, splendore nomē Aurum  
habet. Argentum, Gręce argyron dicitur. Hinc philar Argētum  
gyria, id eft, amor argenti, fcilicet auaritia. Electrum, mi Electrum  
ftura quędam auri & argenti. Pinius lib. XXXIII. Au  
rum in quo quinta argenti portio eft, electrū uocatur.  
Orichalcū, aris fpecies a montibus dictū ē quibus effodi Orichalcū  
tur. Ⓞ mons eft χαλκός & s. Lardum uel laridum, caro Lardum  
porcina, pluraliter reperitur. Seuum eft pingue durum Seuum  
in bouibus, unde fiunt candelę quibus quotidie utimur.  
Mynium, id eft, rubrica, terra rubra. Frumentū fpicis cō Mynium  
tinetur: ut hordeum, quod pluraliter reperitur. Siliginē Siligo  
Plinius dicit effe delicias tritici, & optimū fieri ex filigi  
ne panem: ideo Torrentinus credit filiginē effe quod uul  
go triticum dicitur. Alica gorte. Legumen eft quod folli Alica  
culis continetur, ut faba, pifa, lupinus, eruum, uitia, &c. Legumen  
Plurale tenent quoq; raro. Sententia eft: Nomina ab  
ftracta, id eft, fubftantiua ab adiectiuis deducta, cum no  
minibus quintę declinationis, & nominibus elementorę  
raro tenent pluralē numerum. Exē pla de abftractis. Iu  
uentus, id eft, etas iuuenilis, & ipfi iuuenes. Iuuetā, id eft, Iuuenta  
etas iuuenilis. Iuuentas, dea iuuentutis, genitiuo iuuen  
tatis. Iuuenilitas, id eft, iuuenta. Socordia & uecordia, id Socordia  
eft, ftultitia. Sic parfimonia, caftimonia, memoria, elo  
quentia, fapientia, fophia, philofophia, diligentia, negli  
gentia, elegantia, auaritia, iuftitia, infamia, amentia, pau  
pertas, prudentia, inopia, amicitia, fed inimicitia fapientia  
pluraliter dicif. Parcitas, pernicitas, a dolefcentia, pueri  
tia, in

DE NOMINVM HETEROCLIST

na, infantia, clementia, facundia, humilitas, senium, mār  
 cor, charitas, pinguitudo, senectā, senectus, poetica, diale  
 ctica, &c. Exēpla de nominibus quintā: ut fides, rabies,  
 pernicies, caries, dies, pro tēpore. Sanies, sanguis corru  
 ptus, &c. Exēpla de nominibus elementorū, terra, aqua,  
 aer, ignis, quæ pluralē admittunt omnia præter aer, ubi  
 non totum elementum, sed aliquas partes, significamus.  
 Habent quoq; pluralem ex alijs complura, ut sine dubio  
 dies & res cum pluribus quintā declinationis nomi  
 bus, & multa abstracta: ideo dixi, nō semper, sed raro.

Raro pluralia.

Vix plurale tenent, limus cum sanguine, fumus,  
 Et fimus, & mūdus, muscus, cum nemine pontus,  
 Captorū, carcer, sopor, & puluis, penus, uncus,  
 Cestus, ceu cultus pro auro, ros, & genuinus,  
 Gloria, fama, lues, pax, galla, fames, fuga, uita,  
 Culpa, strues, pax, gaza, salus, cūq; indole, arena,  
 Mors, tussis, proles, tabes, labes, sobolesq;  
 Talio cum cholera, sitis atq; humus, & pituita,  
 Lux, plebs iungantur, pubes, contagio, bilis.

Neutra Hir, cœnum, fel, pus, uer, nectar, ador, nihil, hepar,  
 Nil, iubar, & nihilum, gluten, uulgus pelagusq;  
 Aeuum, sal, barathrū, cum māna, māmona, pascha,  
 Iustitium, fœnum, uicus, cum mane, necessum,  
 Atq; necesse, salum, solium, fas, instar, & halec,  
 Adde nefas, letum, uitrum, uiscū, atq; macellum,  
 Et nitrum, spicum, sinumq;, geluq;, solumq;  
 Atq; lutum: Sunt his qui longe plura notarunt.  
 Sij bene discutias doctorum scripta uirorum,

Multa

LIBER TERTIVS.

Multa secus cernes quæ lex uult grammaticorum.

Raro habent pluralem numerum hæc nomina, limus, sanguis, fumus, &c. quibus aliqui plura iungunt ut declarabo. Limus, id est, cœnum, & terra madida. Lutū, idem. Limus Sanguis, in sacris solum pluraliter legi: ut uir sanguinū. Sanguis Fimus, est sterco animalium, id est, lætamen. Muscus, lanu Fimus go uel herbula uiridis in muris ripis arboribusque. Pōtus, Muscus id est, mare. Carcer, captorū locus. Sopor, id est, somnus. Pontus Carcer Cæstum per æ diphthōgon, est lorum quo pugiles pugnam Cæstum cōmittebant: utrunque est quartæ declinationis. Cestum Sopor sine diphthongo, neutri generis est furcilla quæ subijci Cestum uiti ne pendeat. Cultus, teste Curio, pro eo quod uulgo Cestum folium auri dicitur. Ros. Genuinus, dēs in extrema gin Cultus giua occultus, is nouissimus nascitur. Sequentia fœmi Genuinus nina sunt. Gloria. Quintilianus: Consentiens laus bono Gloria rum gloria appellatur. Inanis gloria, est uana & falsa Vita laus. Vita, pro modo uiuendi pluraliter leges. Strues, li- Strues gnorum congeries. Pax, plurale paces inueni nō pacum Pax aut pacibus. Gaza, id est, cœsus & diuitiæ, & quicquid pos- Gaza sidemus. Indoles, est in pueris significatio quædam futura Indoles probitatis: in uiris signum est præsentis uirtutis: & ali- Arena quando in malum capitur, nonnunquam ad inanimata Mors transfertur. Arena, solus Cæsar plurali carere dixit: Tussis tu libere plurali utitur. Mors ponunt hic grammatici, Proles tu nihil dubites uti pluraliter. Tussis, lectum est plurale Labes tusses. Proles, prolū, prolibus. Labes, ruina uel dedecus Soboles uel macula. Soboles, plurale soboles. Talio. Cholera, Talio morbi genus & unus quatuor humorum. Sitis. Pituita, Cholera morbus quidam, Græce phlegma dicitur. Lux, plurali- Pituita ter legitur pro diebus lucis & lucibus: nō iucum aut luci Lux um. Contagio morbus cōtractu nocens. Bilis, id est, chole Bilis ra: capitur interdū pro ira, ne moueas mihi bilem. Prosa Acuum pia, id est, progenies. Acuum, id est, ætas longa. Sal, quod Sal masculine pluralē habet pro oris cōdimento. Barathrū, Barathrū locus Athenis erat, unde damnati præcipitabātur: & ca- Iustitiam pirur pro immensa profunditate & inferno. Iustitium, quasi



DE NOMINVM HETEROCLISI

- Salum** quasi iuris statio dicitur, iuris dicendi intermissio. **Solum** lum, id est, mare. **Solium**, sella regia. **Viscum** uel masculi-  
ne uiscus utrunq; sine plurali, est glutinum quo aues ca-  
piuntur. **Macellum**, locus ubi obsonia uenduntur quæ-  
cunque, non solum carnes, à **Macello** quodam sarone,  
cuius domus in eum usum fuit diruta. **Nitrum**, salis spe-  
cies quo sordes corporum uestiumq; purgatur. **Spicum**,  
**Sinum** acumen ad spicæ similitudinem. **Sinum** pro uase. **Gelu-**  
**Solum** Solum, terra. **Lutum**, cœnum. **Orcus** pro inferno: dictus  
**Lutum** quasi urguis, teste Veranio. **Bolus**, quod nonnunquam plu-  
**Orcus** raliter inuenies. **Erebus** profundior inferni pars. **Halo**,  
**Bolus** circulus circa lunam. **Arrabo**, id est, arra. **Vter** coriū quo  
**Erebus** liquamina & oleum continentur: atque etiam uinum,  
**Halo** & cætera. **Dolus**, genitiuo tantum plurali caret, ut qui-  
**Arrabo** dam dicunt. **Nec Adeps** adipum habet, cum adipem adipi-  
**Vter** bus legamus. **De forminis**: **Luna**, licet legamus in plu-  
**Dolus** nasq; sequentes. **Vehes**, genitiuo, datiuo, ablatiuoq; in plu-  
**Vehes** rali caret, mensura quædam est & plaustrum. **Adorea**, id  
**Ora** est, gloria. **Mastix**. **Inquies** substantiuum, ut **requies**. **Ira**  
**Altum** irarum, & iras habet. **Ora** pro fune nauis. **Altū**, pro ma-  
**Album** ri. **Defrutum** defruta, non defrutorum aut defrutis. **Bal-**  
**Meditulliu** samum balsama, non orum, pecua tantū: ut **allium** allia,  
**Meditullium**, id est, medium loci spacium. **Vrinctum** ter-  
ra resoluta. **Fascinum**, pro mentula.

Singulari numero carentia.

**Distribuens** numerus, cum cardine, festa, libriq;

**Cum** ludis, urbs, multa carēt numero ista priore.

**Dant** quidam libri numerū tantummodo primū.

**Numeri** distributiu: ut **bini**, **terni**, carent singulari nu-  
mero: nisi rarissime: ut **septeno** gurgite. **Numeri** cardina-  
les: ut **duo**, **tres**, **quatuor**, &c. sub his continētur tot, quot,  
**Festor;** no totidem, aliquot: unus principium numeri est nō nume-  
**mina Sa-** rus. **Tertio**, nomina festorum aut ludorum singulari nu-  
**turnalium** mero carent: ut **Apollinares**, **Circenses**, **Geniales**, **Quine**  
quartes,

LIBER TERTIVS.

quatre, & cætera. Ludorū nomina Vulcanalia, Bacchalia, Saturnalia, Opalia, Vinalia, Agonalia, Neptunalia, Quinquatria, Lupercalia, Megalesia, Floralia, Liberalia, Lucaria, Feralia, & cætera festorū nomina, quorū autem deorum fuerint deriuatio indicat, ut Vulcanalia uulcani, & cætera. Quinquatria festa, quæ quinque diebus Palladi fiebant &c. Notandū circa festorū nomina, quod genitiuū per secundā declinationē sæpius faciūt: datiuū uel ablatiuum per tertiā. Parentalia, lium uel orum, ibus, Parētalia Solennia Repotia feræ quæ parentibus defunctis fiūt. Solennia, sacra quæ singulis annis certo tēpore fiunt. Repotia, feræ quū potestie nuptias ad nouū maritū cœnatur, quod quasi reficiatur potatio. Charistia, orū feræ in quibus simul cognati conuiuabant. Encœnia dedicationes templi. Itē festorū nomina sunt, Latinæ et Neomeniæ &c. Quarto singulari carēt multa librorū nomina, ut Georgica, Bucolica, Rhetorica, orū, Chronica, Biblia &c. sed significant semper particularia (ut sic loquar) opuscula uel libri, ut notauit Nebrissenfis: ubi autē unicū librum significam⁹, aut unum poema uel opusculū, singulari utimur. Oppidorū nomina, ut Parrhisi, Thebæ, Artaxata.

Masculina tantum pluralia

Masculi generis sunt hæc, pluralia tantum, Annales, sentes, cancelli, liberi, amores, Vepres, carceribus, luceres, canis, lemures do, Furfuribus, geminis, natales, cœlitibus, ceu Manes, & casses, superi, loculi, atq; penates, Cui prius foret as: maiores atq; minores, Primores, fasti uel fastus, adde quirites, Et pugillares, seres, caresq; salesq;, Atq; lares, pisces signum, ceu menstrua menses, Atq; fori, fasces, proceres. sic posterī & antes,

## DE NOMINVM HETEROCLISI

Mores, inferi, & ambo dabis, sic & odicilli,  
Interdum numero potientur pauca priore.

Masculina tantum pluralia sunt annales, sentes, cancelli &c. quorū nonnulla aliquando reperiuntur in numero singulari, quæ nec penit<sup>9</sup> refugiemus, neq; affecta-  
**Annales** bimus. Annales, libri continētes quid quoq; anno gestū  
**Sentes** sit. Sētes teste Phoca, id est spinę. Cancelli, ligna uel ter-  
**Cancelli** ramēta inter se modicis interuallis posita, ut in fenestris  
**Vepres** &c. Vepres, rubus aut spina. Carceres, unde equi incipi-  
**Carceres** unt cursum. Luceres, nobiles quidam Romani. Cani, al-  
**Luceres** bi capilli in senectute. Lemures, Iarua & terrificationes  
**Cani** nocturnæ. Furfures, pustulæ quæ ex capite resoluunt.  
**Lemures** Gemini & gemelli, fratres uno tēpore nati. Natales, ge-  
**Furfures** neris nobilitas, aut nascendi conditio. Cœlites, id est, cœ-  
**Gemini** licolæ, & ex hominibus dñi. Manes, animę defunctorū &  
**Natales** dij inferi. Casses, id est, retia. Superi, cœlites, uel nos re-  
**Cœlites** spectu antipodū. Inferi, qui tartara incolunt, uel antipo-  
**Manes** des. Posterii, post nos uēturi. Loculi & loci, sacculi pecu-  
**Penates** niarij. Penates, dij penetrales, quos suæ quisq; domi co-  
**Optimates** lit, & pro domo capiūt. Optimates, & Primates, Summa-  
**Primates** tesq; id est, ciuiliū optimi, probissimi, primi & summi. Ma-  
**Maiores** iores antiqui qui ante nos fuerunt. Minores, posterii. Pri-  
**Primores** mores, cōmunis gñis, id est, primi: sape singulariter repe-  
**Fasces** ritur. Fasces, id est, consulatus aut prætura, quia uirgæ  
**Codicilli** fasces ante magistratus portabantur. Codicilli, id est,  
**Ludi** codicilli: sic tmesis est metri gratia. Codicilli, id est, epi-  
 stola. Ludi, pro spectaculis.

Fœminina tantum pluralia.

Hæc muliebria sunt tantum pluralia, grates,  
 Suppetiæ, cunæ, charites, latebræ, phaleræq;  
 Antia, & ambages, Alpes, argutie, & ædes,  
 Præstigiæ, exquiliæ, bigæ cum fratribus, idus,  
 Et decimæ, inficiæ, nugæ, scalæq;, forestq;.

Copiæ

LIBER TERTIVS.

Copia, & antennæ, Gades, diræ, atq; Calendæ,  
 Feriæ, & exequiæ, gingivæ, literæ, & antæ.  
 Et decretales, inimicitia quoq; & aræ,  
 Naniæ, & illecebræ, genæ, opes, nonæ, atq; tenebræ,  
 Exuviæ, induviæ, paleæ, salebræ, scatebræq;  
 Cum ualuis, tricæ, thermæ, cum naribus, atque  
 Blanditijs, & compedibus, cum sordibus: adde  
 Clitellæ, sortes, fortunæ, diuitiæq;  
 Gratia, & infidiæ, sic antes, reliquiæq;  
 Quisquilix, lactes, mappæq;, minæq;, plagæq;  
 Nuptiæ, & excubiæ, cum primis, primitijsq;  
 Inferiæ, & scopæ: partes si factio fiat.

Cætera uix uersu contingit dicere, uerum  
 Interdum numero potentur pauca priore.

Hæc feminina carent singulari, supperiæ, cunæ &c. ut  
 dicunt grammatici. Ego uero horû quædã sepicule sin-  
 gulariter flexa notauî. Cunæ, infantium lectuli. Chari-  
 tes, id est, gratiæ. Latebræ, loca ubi hoies se occultât. Pha-  
 lera, equorû ornamenta. Antij, capilli demissi in frontē.  
 Ambages uerborum circuitio. Argutiæ, subtilitates, &  
 acute malitiosèq; dictû aut factum. Aedes, pro palatio,  
 & pro priuata domo. Prestigiæ oculorû illusio per incan-  
 rationē uel dexteritatē, celeritatē, agilitatēq;. Exqui-  
 liæ, mons Romanus, id est, mons exglinus. Cû fratribus,  
 trigæ, quadrigæ &c. Bigæ currû a duobus equis tractû. Tri-  
 gæ, a tribus. Quadrigæ, a quatuor. Seiugæ, a sex. Monigæ  
 ab unico, & capit etiã pro ipsis equis. Idû, quidã dies mē-  
 sis. Decimæ, pars decima. Scalæ, q̄ latiores habēt gradus,  
 & immobiles permanēt. Fores, i. ianuæ. Copiæ, p exerci-  
 tu. Antēq;, lignû ex trāsuerso arboris nauis positû unde  
 pendunt uela. Diræ, furia inferni. Calendæ, primus dies

Cunæ  
 Charites  
 Latebræ  
 Phalera  
 Antia  
 Ambages  
 Argutiæ  
 Prestigiæ  
 Exquiliæ  
 Trigæ  
 Quadrigæ  
 Seiugæ  
 Monigæ  
 Idus  
 Decimæ  
 Scalæ  
 Fores  
 Copiæ  
 Antennæ  
 Calendæ



## DENOMINVM HETEROCLISI

**Feria** cuiuslibet mēsis. **Feria**, dies festi. **Exequiæ**, funebre offi-  
**Exequiæ** cium. **Gingiuæ**, caro in qua dētes gignunt. **Literæ**, id est,  
**Gingiuæ** grāmatica & epistola. **Antæ**, lapides, qui utrunq; lat<sup>o</sup> o-  
**Literæ** stitū muniunt. **Decretales**, pontificū cōstitutiones. **Inimici**  
**Antæ** tiæ, est ira ulciscendi tēpus obseruās. **Aræ** pro penatib<sup>9</sup>,  
**Decretales** Næniæ carmen funebre. **Illecebræ**, id est blanditiæ, & dele-  
**Aræ** statio, & diuitiæ, & uoluptates. **Genæ**, partes uultus in-  
**Næniæ** ter malas & auriculas. **Opes**, pro diuitiis. **Nonæ**, dies qui  
**Illecebræ** dam in mense. **Tenebræ**, obscuritas, caligo. **Exuuiæ**, spo-  
**Genæ** lia hostibus detracta. **Induuiæ**, indumenta. **Paleæ** cass.  
**Opes** Salebræ, loca aspera uel aquosa per quæ salire oportet.  
**Nonæ** Scatebræ, ebullitiones aquæ surgentis. **Valuæ** ianuæ quæ  
**Tenebræ** in se replicantur. **Tricæ**, capilli pedibus pullos gallina-  
**Exuuiæ** ceorum inuoluti, quæ gressum impediunt. **Thermæ**, bal-  
**Induuiæ** nea calefactoria, à θερμός, id est calidū. **Nares**, nasi spirā-  
**Paleæ** mina. **Blāditiæ**, blandimēta. **Cōpedes**, pedū uincula. **Sor-**  
**Salebræ** des, immunditia & auaritia. **Clitellæ**, instrumēta quibus  
**Scatebræ** sarcinæ in equis aut mulis portant. **Sortes**, id est, oraculū  
**Valuæ** & dei responsum. **Fortunæ**, sunt diuitiæ. **Gratiæ**, deæ quæ  
**Tricæ** dam. **Insidiæ**, laquei & occulti doli, dolosæque exper-  
**Thermæ** statio ad aggrediendum aliquem. **Canthes**, organorum  
**Nares** fistulæ. **Reliquiæ**, & causa metri reliquiæ, quicqd ex ali  
**Blanditiæ** qua re superest uel restat. **Quisquilie**, quicqd ex arborib<sup>9</sup>  
**Minæ** minutis surculorū foliorumq; cadit, & purgamēta ter-  
**Plagæ** rarum. **Lactes**, intestina, per quæ cibus labitur, proprie  
**Nuptiæ** in homine & oue. **Mappæ** etiam mappum, & est quod  
**Excubiæ** sternitur super mensam, & signum quo misso equi cur-  
**Primæ** sum circensem auspicabantur. **Minæ**, id est, minationes,  
**Primitiæ** & murorum eminentiæ, quas pinnas uocant. **Plagæ**,  
**Inferiæ** pro reti tantum. **Nuptiæ**, legitima maris & femina cō-  
**Scopæ** iunctio. **Excubiæ**, uigiliæ militum. **Primæ**, id est, prima  
**Partes** partes. **Primitiæ**, quæ in aliqua re sunt prima & prin-  
**Ceremo** cipalia. **Inferiæ**, sacra defunctorum & exequiæ. **Scopæ**,  
**niæ** uerriculum quo domus mundatur. **Partes**, pro factio-  
**Minutiæ** ne. Iunguntur his pauca alia. **Ceremoniæ** omne sa-  
**Aræ** crificiorum genus. **Minutiæ**, id est, partes partium. **Aræ**,  
**Offutiæ** pro splendore repercusso ex corpore rotundo. **Offutiæ**,  
uerba

LIBER TERTIVS.

uerba detrahentia & fallaciæ. Manubiæ, pecunia ex uen-  
dita præda. Facetiæ, uerborum rerumq; urbanitas. Fidi-  
culæ, funes quibus torquentur fontes. Fidicula fidiculæ,  
eyn luten snoer. Neutra tantum pluralia.

Tantum pluralis numeri sunt neutra, iuga, arma,  
Seria, cum rostris, effata, crepundia, bactra,  
Exta, cibaria, tesqua, ceraunia, classica, lustra,  
Cum castris, flabris, cunabula, iusta, pudenda,  
Transra, ueræda, bonis & munia, do paraphernis  
Aulæis, lachanis, libis, comitia, lector

Addes cum spolijs præcordia: sunt secundæ

Hæc, carchesia, uti uinacea, & ostea, ferta.

Ostera grammatici, bellaria, pluræq; iungunt.

Ilia sunt ternæ, ceu lumina, moenia sicut

Pugilaria, uti sponsalia, milia iunge,

Et uetera, atq; mapalia, sic magalia flecto:

Pluræq; perfacilis melius quæ prosa recludet,

Interdum numero potentiur pauca priore.

Neutra tantum pluralia sunt, iuga, arma, & cætera,  
quorum pauca singularem numerum quandoque habe- Iuga  
bunt, ut per ordinem declarabo. Iuga, montium cacu- Arma  
mina. Arma, cuiusque artificis instrumenta. Seria, res Seria  
graues, non iocosa. Rostra, locus Romæ ubi conciona- Rostra  
bantur. Effata, ultimæ augurum precationes. Crepun- Effata  
dia, reculæ pueris ludendi gratia datæ, ut ensiculi, equu- Crepundia  
lei, pupæ, imagunculæ. Bactra, populus in Scytia, & ipsa Bactra  
regio. Exta, intestina quæ maxime extant eminent- Exta  
que, ut cor, epar. Cibaria, esculenta lautiora. Tesqua, Tesqua  
loca aspera & difficilia, deserta & inculta. Caraunia, Ceraunia  
montes Epyri. Classica, concentus tubarum, & ipsæ tu- Cla sica  
bæ. Lustra, ferax cubilia. Castra, loca sunt in quibus mili-

DE NOMINVM HETEROCLI.

Flabra testentoria figunt. Flabra, uentorū status. Cunabula, & Cunabula similiter incunabula, id est, cunę & rerum primordia. Incunabu Iusta. i. exequię. Pudēda & uerēda quia intelligimus mē la. bra semper. Transtra, sedilia in nauibus. Bona, pro diuina. Iusta tris. Munia grauiamina popularia & officia. Parapher- Pudenda na, pręter dorē data forminis. Lachana, omne holeris ge Transtra nus. Liba, panis gen<sup>o</sup>. Comitia, conuētus populi, ad ma- Bona gistratus creādos: pro ipsa magistratū electiōe semper Nunia pluraliter dicitur. Pro loco autē ubi comitia celebrant, Parapher- dicitur comitiū frequenter. Spolia exuuię. Pręcordia, na cartilago circa cor. Carchesia, dicūt esse summā ueli par Lachana tem. Alij dicunt esse foramina in malo accipientia fu- Liba nes. Hostia, patentes fluuiorū aditus. Serta, corona ex flo Comitia ribus. Ostrea, cōche species. Bellaria, secunda mēsa ut po Comitiū ma, placētę ad irritandā gulā: Gręce τραπεζαρια & πιαματα dicuntur. Adduntur & alia, de quibus ante dictū. Omnia iam dicta secundę declinationis sunt, sequētia ue ro tertię. Iliā, intestina. Mœnia, quę urbem cingunt. Spō Mœnia salta, genitiuo sponsalium, uel per secundam sponsaliorū, datiuo spōsalibus, sunt futurarū nuptiarum promissio. Vetera Vetera, pro loco quodam frequens in Tacito. Mapalia, Lemuria tuguria rusticorum aut pastorum. Lemuria, apparitio nes & terrificationes nocturnę. Carent etiam singula- ri tēpe & pondo. Quibus nōnulli iungūt cete, quia singu- lariter cetus masculinū est. Hęc autē satis patuerunt.

Abundantia.

**M**ultiplex uno sensu dicatur abundans: Tignus, uel tignū fit testis: pisacę pisum, Cum penē innumeris, quę lectio multa docebit.

Nomen abūdans est quod in eadē significatione mul- tifariā efferat, ut tignu: uel tignum &c. Talia sunt mul- plicia, de quibus ponam modos aliquos. Primo quędam sub a sunt primę, uel sub es quintę, ut maceria uel es &c. Secundo, quędā in us uel in um desinūt, ut tignus uel ti- gnum: & quędam in er uel in um desinūt, ut oleaster uel oleastrū



LIBER TERTIVS.

oleastrum. Tertio, quædam in um per secundam desine  
bunt, & aliquando in a per primâ, quæ nunc in a per ter  
tiam desinunt, ut poematum ati, uel poema poemæ, poe  
ma poematis. Quarto in er uel in us, ut Euæder uel Euæ  
dr<sup>o</sup>, cōger uel cōgrus. Quinta, in a uel in as, ut Byria uel  
Byrias, Damæta uel Damætas. Et in a uel in es, ut come  
ta uel cometes. Sexto, in a uel in e, ut Libya uel Libye &  
cetera. Septimo in eus uel in es, ut Achilleus uel achilles,  
cetera. Octauo, ab accusatiuo Græco fit aliquâdo femininū pri  
mæ in a, ut athera. Nono, quædâ in eodem sensu profe  
runtur in singulari & in plurali, ut hæc fidena hæ fidens,  
hæc argos hi argi. Decimo, quædam tertiæ Græca faciunt  
a genitiuo in os, nomina secūde in us, ut titâ titanos tita  
nus. Undecimo, quædam desinunt in is uel in er, ut cucu  
mis uel cucumer, impubis uel impuber &c. Duodecimo  
in o uel in en, ut anio uel aniē, Nerio uel neriē, ut in de  
clinatiōe uisum est. Tertiodecimo in is, uel in en ut san  
guis uel sanguē: aut is uel in, ut delphis uel delphin. Deci  
mo quarto in or, uel in os, ut arbor uel arbos. Decimoquin  
to, in e uel in is, ut Præneste uel Prænestis, rete uel retis.  
Decimosexto in i uel in is, ut sinapi uel sinapis &c. Deci  
moseptimo in u uel in us, ut art<sup>o</sup> uel artu. Decimoocta  
uo in os uel in us, ut Delos uel us: uel on aut um, ut Ilion  
uel Iliū, aut hæc Ilios. Decimonono in on uel in os, ut Mi  
nos. Vigesimo, in o uel in on, ut Agamēno uel on. Vigesi  
mo primo in al, uel ale, & in ar uel are, ut penetrat uel  
penetratē, &c. Vigesimo tertio in as uel atis, ut cuias uel  
atis. &c. Vigesimo quarto in as uel do uel or &c. ut ama  
ritas; amaritudo, amaror, & amaritia uel es, beatitas uel  
beatitudo. Vigesimo quinto alia penē innūera, de qb<sup>o</sup> cer  
ta non est regula, ut mugil uel mugilis, arar uel araris.

Alluuiū uel alluuiū uel alluuiēs ei, id est, immoderata  
aqua: uiolentia & affluētia. Angiport<sup>o</sup> uel angiportū,  
uia inter domus, uiculus, aut plateola. Adagium uel ada  
gio, id est prouerbiū. Aditus, cū i nostro, id est, accessus. B  
Aduitū cum y Græco, id est, secretior pars tēpli. B  
Baptismus uel baptisimū uel baptisma baptismatis, id  
est, ab

Alluuium  
Angipor  
tus  
Aditus  
Aduitum  
Baptismus



DE NOMINVM HETEROCLISI

- est, ablutio. Buccina uel buccinum, id est, tuba. **C**
- Curricul<sup>o</sup>** Curriculus uel curriculū, id est, cursus uel currus, uel  
**Commen-** spaciū in quo curritur. Cōmentarius uel cōmentarium,  
**tarium** liber in quo res summatis scribunt. Crustū, est rei esibitio  
**Consortio** lis: crusta alterius. Consortium uel cōsortio, id est, societas. Capo uel capus, id est, gallus castratus. Clypeum uel  
**Clypeum** clypeus, id est, scutum. Colostrum uel colostrā, lac densum statim à partu. **D**
- Dipondius** Dipondius uel dipondium, duo pondo. Diluuium uel  
**Diluuius** diluuius, id est, inundatio, cataclysmus. **F**
- Fretus** Fretum uel fretus, fretus, fretui, id est, mare. **G**
- Guttus** Guttus uel guttum, uas angusto ore. Galerus uel galē  
**Ganea** rum, id est, pileum. Ganea, ganex, uel ganeum, id est, heruonum & meretricum diuerforium. **H**
- Hellebor<sup>o</sup>** Helleborus uel helleborum, herba quædam. Hemistichus uel hemistichum, id est, dimidium uersus. **I**
- Iubilus** Iubilus uel iubilum, uox lætantis. Ludius uel ludio, id  
**Ludius** est, histrio. Luctus uel luctum, tristitia. **M**
- Mendum** Mendum uel menda, mendæ, macula, uitium, error.  
**Mulcitra** Monitus uel monitum, id est, monitio. Mulcitra uel mulctrum uel mulcitrale, uas in quod mulgetur. **N**
- Peribolus** Nasus nasa uel nasum, eyn naes.  
**Cerasus** Peribolus uel peribolū, id est, circuitus. Pomus & pomum pro arbore: ut Cerasum uel cerasus. Pistrina uel pistrinum, ubi pinfitur. Postica uel posticum, posterior ianua. Pauus, uel pauo eyn pau. Proluuius uel proluuium  
**Cerasum** uel proluuio, immunditia cuiuscunq; rei sordidæ. **R**
- Postica** Rapa uel rapum eyn rueb. Rictus uel rictum, id est, os & hiatus. **S**
- Proluuius** Sabulū uel sabulo, id est, arena grossior. Spicus uel spicum, eyn aer. Strabo uel strabus, qui oblique uidet. **T**
- Rictus** Tignus uel tignum, omnis ædificij materia. **T**  
**Sabulo** Vesper, stella & ultima pars diei, quæ etiam uesperum dicitur & uespera. **X**
- Tignus** Xystus uel xystum, porticus ampla in qua athletæ per  
**Vesper** hyberna tempora exercentur.  
**Xystus** Quæ composita diuersarum declinationū efficiunt. **Ys uel**

LIBER TERTIVS.

**V**S uel is orta uollit, limus, cera, arma, bacill<sup>o</sup>.  
 Norma, iugū, cliu<sup>o</sup>, neru<sup>o</sup> somnusq; anim<sup>o</sup>q;  
 Pluraq; cum freno, quæ glossa recludet abunde.

Quædam nomina faciunt adiectiua compositæ figuræ  
 secundæ uel tertiæ declinationis: ut à limus fit illimus uel  
 illimus. A cera syncerus uel synceris, sed alia alijs sunt usi  
 tatiōra. Limus, molle lutum. Sublimus, sublima, subli- Limus  
 mum, uel sublimis, id est, eleuatus in altum. Cera, notum Sublimis  
 est. Hinc cereus, ex cera uel mollis. Arma, munimēta cor Cera  
 poris, ut gladius, arcus, thorax, lorica, & instrumenta: Arma  
 ut libri sunt arma scholastici. Inerm<sup>o</sup>, uel inermis, id est, Inermis  
 sine armis. Imbecillus uel imbecillis, id est, debilis. Nor- Imbecillus  
 ma, est regula fabricorum, id est, linea artificum ad quam Norma  
 dirigunt opera. Anormis, irregularis & nō ad normam Anormis  
 factus. Iugum, summitas montis. Bījugi uel bījuges, sunt Iugum  
 duo animalia coniugata. Cliuus, id est, collis & monticu Bījugi  
 lus. Accliuus uel accliuus, id est, eleuatus. altus, quasi ad Cliuus  
 cliuū. Neru<sup>o</sup>, naturale uinculū corporis, q̄ colligata sunt Accliuus  
 mēbra. Eneru<sup>o</sup> uel eneruis, id est, debilis aut mollis. So- Neruus  
 pnus Græce ἰσχυρός dicitur: unde mutata h in f, & y in o, Eneruus  
 sopnus inclinatum est: unde recte per p sine m scribitur. Sopnus  
 Hinc insopnus, a, um, uel melius insopnis & insopne. Ani Animus  
 mus, est mēs uel anima, uel uoluntas uel audacia: ut esto Exanimus  
 Infrenus uel infrenis, id est, indomitus, quasi sine freno.

Nomina sub eadem nominatiui terminatione di-  
 uersarum declinationum.

Multa tibi flexum dant quartum siue secundum,  
 Vt domus, & laurus, ficus, colus, & penus, adde  
 Et lacus, & quercus, pinus, cornus, monitusq;  
 Vt quondam lectus: ueteres ita plurima flectunt,  
 Est alijs uariis flexus, pro teste sequester.  
 Cætera, ne longum faciam, tibi glossa recludet.

## DE NOMINVM HETEROCLISI

- Abundant nomina quædam declinatione, ut quæ sunt secundæ aut quartæ declinationis saltim in aliquibus casibus: ut domus ante satis declaratum, laurus, ficus, &c.
- Laurus** Hæc laurus, huius lauri, datiuo lauro tantum, hanc laurum, ô laure, à lauro, & aliquando lauru: hæc lauri, harû lauroꝝ, his lauris, has lauros & laurus, ô lauri, à lauris,
- Colus** arbor quæ Græce *Αλάφυν* dicitur. Colus secundæ est præter ablatiuum singularem qui per utranq; profertur, hæc colo uel colu. Hæc colus: uide genera, ubi penus quoq; declaratum est. Lacus, huius lacu uel lacus: reliqua per quartam effert. Pinus, arboris nomen. Cornus, arbor. Cantus, id est, cantio. Canthus, ferrum quod circumdatur rotæ. Acer, arbor tertiæ est. Sunt quæ in obliquis confunduntur, ut res rei, reus rei, pirus & pirum piri, & cætera.
- Lacus**
- Pinus**
- Cornus**
- Canthus**
- Sinus**
- Acer**
- Aura** Aura, leuis uentus & fauor. Litera nota, a, b, c, & poetice epistola. Ludus, res quæ luditur, & schola, unde ludimagister. Ara deorum. Hara, strabulum porcorû, & alia innumera.
- Ludus**

## LIBER GRAMMATICÆ DE

spauterianæ quartus.

### De comparationibus.



**C**OMPARATIO, EST REI ad rem collatio. Gradus comparationis sunt tres, positius, ut doctus: comparatiuus, ut doctior: superlatius, ut doctissimus. Nomina sola comparatiua & superlatiua nomina ex se faciunt: nam participia per comparationem nomina efficiuntur, ut amans amantior. Sola adiectiua comparantur, propria propter aliud quod accidens licenter pro adiectiuis sumpta comparari leges: ut Nero Neronior, pro crudelior. Non omnia adiectiua comparantur, sed ea duntaxat quorum significatio potest augeri uel minui, ideo non comparantur, unicus

LIBER QVARTVS.

unicus, summus, omnipotens. Comparatio uoce tantum, significatione tantum, & utroq; modo. Comparatio uoce tantum, fit ubi uox conuenit, significatione discordat: ut à nouus nouissimus, id est, ultimus. Sūt enim maxime noua serè ultima. Comparatio significatione tantum est, ubi significatione conuenit, uox discordat: ut bonus melior optimus. Comparatio uoce & significatione est, ubi cum uoce significatione cōuenit: ut doctus doctior doctissimus.

**D**octor à docti est: ita formes cūcta secūda.

Tollo sinisterior, melior, peior, minor, & pl<sup>r</sup> Cum maior: donat ficus & dicitur entior apte.

Comparatiuus à nomine secūda declinationis fit à genitiuo singulari addita or syllaba pro communi genere, & us, pro neutro: ut amicus amici amicior, amicus, non ut putant indocti amicitior. Spurcus spurcior, pudicus pudicior, id est, castus. Spurcus, id est immundus. Augustus, augusti, augustior, id est, sanctus & uenerabilis, nomen adiectiuū est, aliquādo propriū, sic non cōparatur. Deter, a, um, cui aliquid deest, quasi detritū ne bonum sit. Excipiuntur à regula sinister sinisterior, bonus melior, malus peior, paruus minor, multus plus solū in neutro genere, & hoc in singulari numero. At in plurali hi & hæ plures & hæc plura uel plura. A facio sunt quædam adiectiua in ficus, & à dico uel dicax, in dicitur penultima correpta. Mirificus mirificentior, qui mira facit. Munificus, id est, liberalis. Maledicus, id est, mordax. Falsidicus, id est, mendax. Addunt à uolo, beneuolus, maleuolus, à loquor, magniloquus, & cætera: beneuolentior magniloquentior, & cætera.

Augustus

Deter

Mirificus

Fortior à forti est, facias ita cætera ternæ.

Junior excipiunt, à nequam nequior exit.

Cōparatiuus si positiuus fuerit tertia, fit à datiuo singulari addita or, ut forti fortior, pauperi pauperior. Hic & hæc potis & hoc pote, id est, potens, solū nominatiuū inue-

inue



DE NOMINVM COMPARATIONE  
inuenitur nunc habere: unde potior & potissimus, id est,  
melior & optimus quasi potērior, & potētissimus. Ex-  
cipitur à regula unicum nomen iuuenis iunior. Frugi, id  
est, utilis, præditus uirtute, & temperans, facit compara-  
tium frugalior, & superlatiuum frugalissimus.  
Superlatiuorum forma.

Er rimus adijciet superanti: dāt timus exter,  
Et citer, & dexter, quibus addes rite sinister.

Dic etiam extremus, maturus dat rimus apte

Vel simus, huic iungūt satur: à uetus est rimus usq;

Positiuo in er, addit superlatiuus rimus, rima, rimum,  
niger nigerrimus, dexter dexterrimus, pauper pauperrimus,  
pauperrima, pauperrimum, celebrer celeberrimus.

Excipiuntur à regula exter, exterior, extimus, uel ex-  
tremus: citer, citerior, citimus: dexter, dexterior, dexti-  
mus: sinister, sinisterior, sinistimus.

In reliquis simus accipiet patrius positiui,

Atq; datiuus in i, tamen s simus usq; præibit.

Excipe postremus supremus & optimus, atq;

Pessimus, & minimus, cū maximus, intimus, addēs

Plurimus, infimus adiungens: entissimus autem

A ficus, atq; dicus facito: simus is dato dempta

Cum facilis, gracilis, agilis, similisq; humilisque.

Si positiuus nō desinit in er, tunc superlatiuus fit à ge-  
nitiuo positiui in secunda declinatione, uel à datiuo in  
tertia addendo s & simus, ut celsi celsissimus. Excelsus, id  
est, altus. Excipe à regula posterus postremus, superus

**Interus** supremus, & cetera. Paruus minor minimus. Interus uel

inter intera interum, ueteres dicebant, ut superus. Hinc

**Infimus** interior intimus. Multus plurimus, multa plurima, mul-

tum plus plurimum. Infimus, id est, maxime inferus uel

infra. Nomina à facio in ficus, à dicax in dicus, habēt en-  
tissimus,

## LIBER QVARTVS.

tissimus, ut maleficientissimus. Hæc quinque facilis, agilis, gracilis, humilis, similis & ab his composita ut difficilis absimilis, &c. faciunt superlatiuos abiciendo is, additis li mus syllabis & ita sunt duo ll, facillim<sup>o</sup>, agillim<sup>o</sup>. Facilis, Facilis non grauis: perfacilis, ualde facilis: difficilis, non facilis. Humilis, non altus: ut humilis arbor, humilis homo, id Humilis est, uilis et ignobilis. Docilis, qui facile discit. Per, pro Docilis ualde & similes particulae soli positiuo dantur, ut perdoctus multo doctior quam doctissimus, & cetera.

Comparatio imperfecta.

Anterior superante caret, iuuenilique senexque,  
Sicut adolescens, cui diues pluraque iungunt.  
Temperior solum est: ignorant & positiuum  
Ultimus ulterior, prior & primus, propiorque,  
Proximus, ocyor atque ocyssimus adiiciantur.

Anter uel anterus ueteres dixerunt. Hinc anterior anteriorius, ut iuuenis uel iunior iunior, senex senior, adolescens adolescentior, diues diuitior. Temperior positiuo & superlatiuo caret: ocyor ocyssimus positiuum non habet: sicut ulterior ultimus, prior primus, propior proximus. Dicitior ditissimus, integrum est. Rursum ingens ingentior, raro ingentissimus. Communis comunior, uix comunissi Ingentissimus mus: remissus remissior tantum, ut salutaris salutarior, infinitus infinitior, opimus opimior, prauus prauior ut quidam uoluit. Longinquus, ior, propinquus, ior. Plurima caret comparatio superlatiuoque, ut nauus, id est, diligens, magnanim<sup>o</sup> et similia in imus, uulgaris, unic<sup>o</sup>, duplex, sum<sup>o</sup>, memor, agrestis, fugitiuus, & adiectiua tertie in ster, ut syluester &c. seruilis, nubilus, modic<sup>o</sup>, ficulnus, & diminutiua, ut uetulus: & in tilis, ut uersatilis: & in bñdus, ut uagabundus: & in inus, ut cannabinus: & a fero & gero, ut letifer. Item tremulus & degener. Falsus falsissim<sup>o</sup> sine comparatio. Propter a, um, id est, festinus. Temperior, uel retius temporior, id est, tepestiuor, Ocyor ocyssimus, id est, uelo

## DE NOMINVM COMPARATIONE

uelocior uelocissimus positiuo carēt: quia ὀκτώ Græce, id est, uelox, Latini nō utuntur. Obnoxius, obnoxior, etiā superlatiuum uix habet. Habitior, id est, pinguior, & (ut Vltimus uulgo dicitur) melius dispositus. Vlterior ultimus.

Vs si uocalis præeat, raro gradus exit

More prius dicto: tenuis non additur apte.

Quando uocalis præcedit syllabam us, in positiuo, aut nunquam aut raro comparatur more dicto, id est, in or,

Arduus & simus, ut idoneus, rubeus, cœruleus, arduus, id est, al-

Pius tus & difficilis. Pius, qui parentes & Deum colit. Indu-

Industrius strius, diligēs & ingeniosus. Industria, diligentia. In glo-

Incurius rius, id est, sine gloria & honore. Strenuus, uelox & dili-

gens. Incurius, id est, negligens. Iniurius faciens iniuriā.

Ratio regulæ est, quia comparatiuus regulariter forma-

tus, debet superare positiuum una syllaba, ut docti do-

ctior. Regulariter dixi propter peior, u aior, minor (si a-

iuuenis fieri uelimus) & plus. Prior autem positiuo ca-

ret ut diximus. Et quia i litera inter duas uocales effici-

tur consonans: ut maior, comparatiuus non superaret

positiuum, ut peior, & si, i, non fieret consonans ut supe-

raret, tunc esset  $\mu\alpha\kappa\iota\phi\alpha\zeta\eta$ , id est, mala sonantia. Tenuis

Tenuior tenuior tenuissimus. Pinguis pinguior recte facit, quia

mus u, liquefit post g.

## GRAMMATICAE DESPAV-

terianæ liber quintus.

De præteritis & supinis.

**C**ompositum simplexq; modo flectun-  
tur eodem.

**E**xciplies quedā post clare notificanda.  
Verbum compositæ figuræ coniugatur  
ut simplicis, & cōtrā: ut sedeo sedi, possideo possedi. Exci-  
piunt

## LIBER QUINTVS.

piuntur quædam, quia do est primæ coniugationis, red-  
do, addo tertie: maneo mansi, imminco imminui. Coniu-  
gatio est uerborum per tempora declinatio. Supinũ est,  
quod in um uel in u desinens sine casu uerbi significatio-  
nem habet: ut amatum amatu.

A quoties mutatur in i per e pono supina.

Demitur hinc do, go, sapio, salio, statuo &c.

Si uerbum compositum mittet a simplicis in i, supi-  
num retinebit e: ut facio feci factum, reficio refeci refe-  
ctum. Excipiuntur uerba in do: ut cado cecidi casum, re-  
cido recidi recasum. Et in go: ut ago egi actum, adago,  
adegi adactum. Et composita à sapio, quia retinent i in  
supino: ut desipio desipui desipitum, & cætera: à salio,  
statuo, quæ pro a, in supino retinent u: ut insilio insilui  
insultum. Hoc etiam notatu dignum, uerba mutantia  
e in i non perdunt e simplicis in præteritis & supinis: ut  
emo emi emptum, redimo redemi redemptum, sic sedeo,  
insideo, & cætera. Cõposita à teneo non habent e in præ-  
teritis, sed supinis: ut contineo continui contentum. Cæ-  
do & lædo mutant diphthongum in i longum, quod re-  
tinent composita in præteritis & supinis.

Quam geminat simplex composito tolle priorẽ

Quam retinet do, sto natum ceu discere, posco.

Pluria sic olim, ceu nunc præcurro, repungo.

Quam simplex geminat principium præteriti, compo-  
situm non geminat: ut mordeo momordi, remordeo re-  
mordi, pello pepuli, compello compuli, & cætera. Exci-  
piunt: ut credo credidi, resto restiti, edisco edidici, repesco  
repoposci: sic olim plura ut composita à curro: ut decu-  
curri, & cætera: nunc solum præcurro geminat princi-  
pium. Supinum nunquam principium geminat.

Si sit a præsentis non desinet esse supino.

Quoties



DE VERB. PRAETER. ET SUPIN.

Quoties praesenti fuerit a, non aberit supino, licet in praeterito mutetur: ut facio feci factum, fallo fefelli falsum.

Praeteritis quaecunq; carent, spoliabo supinis.

Quaecunque carent praeteritis, etiam carent supinis: ut polleo, glisco, & caetera.

Prima coniugatio.

**P**raeteritis aui facit as, atumque supinis.

Verbum primae coniugationis facit praeteritum perfectum indicatiui modi a secunda persona singularis numeri, indicatiui modi, praesentis temporis, ablata litera s, & addita syllaba ui, in supino mutat ui in tum uel tu: ut amo amas, ama amaui amatum amatum. Aequo equaui & quatum, id est, aequalem facio. Albo, album facio. Libo libas, gusto. Praelibus, praegusto. Aestuo, aestuas a stuaui & stuatum, supinum uix inuenitur, id est, ferueo. Instauro, id est, integro. Restauro, idem. Melius instauro dicimus quam restauro.

Excipe do dedit atq; datum, stetit atq; statum sto.

Cuius compositum stitit, atque stitum capit apte.

Do dedi datum, circundo circundedi circundatum: sic pessundo, uenundo satisdo: sto steti statum: huius composita stiti & stitum faciunt: ut prestiti prestitum, insto institi institum. Da syllaba corrumpitur ubicunq; est prima syllaba in condeclinatis a do, ut dabam dare: ergo dic penultima breui pessundabam, circundabam, & caetera.

**Do** Do, id est, dono. Item mitto: ut do Petro ad te literas, id est, mitto per Petrum. Item dico: ut apud Vergilium:

**Circundo** Sed tamen iste deus qui sit da Tityre nobis.

**Venundo** Circundo, id est, circumpono, ut circundo saltus canibus.

**Pessundo** Venundo, id est, uendo. Pessundo, id est, calco uel opprimo pessum, id est, sub pedibus: & dicimus etiam do pessum.

**Satisdo** Satisdo, satisfacio, aut soluo. Sto, erectus sum. Item stat,

**Sto** manet aut certum est, Vergilius:

Stat

LIBER QUINTVS.

Stat sua cuiq; dies, breue & irreuocabile tempus  
Omnibus est uita.

Sto conuentis, id est, seruo pactum: per me non stetit, id est, non fui causa cur minus fieret. Asto, iuxta sto. Antesto, excello. Absto, longe sto. Resto, super sum uel relinquor. Præsto præstiti, itum, id est, do. Item excello. Præstat impersonaliter, id est, melius est. Prosto, id est, publice sto causa lucri, ut meretrix prostat. Supersto, adhuc uiuo. Consto, id est simul sto, non sum instabilis, uel componor. Item constat, id est liquet. Quanti constat liber? quanti emi? Disto, longe sto, uel absto aut differo. Quatum distat hinc Roma? quingenta miliaria. Exto, emineo. Liber non extrat, id est, nusquam inuenitur, uel ipse perijt. Insto, prope sum, ut pasca instat, uel operam do pro re acquirēda. Plautus: Poscit, instat, urget, non sinit hominem quiescere. Infitor, id est, mercator. Obsto, resto, siue refisto. Hinc obstaculum, id est, impedimentū.

Dono lauo laui lotum, lautum atq; lauatum.  
Poto magis potum, iuui iutumq; iuuare.

Lauo laui, lotum uel lautum uel lauatum, ab eo quod dicebatur lauauī, & significat rigo uel aqua purgo, aut quouis humore purgo. Lautus nomen, id est, mūdus, delicatus, elegās. Hinc Lautitia, Lautulæ arum, id est, thermæ. Lauo olim fuit tertix. Poto, aui, atum, & sapius potum: unde potor potus potio poturus. Poto, id est, bibo. Potio, medicorum forbitiuncula est. Capitur passiuè.

Ouidius:  
Quo plus sunt potæ plus sitiuntur aquæ.

Compoto, id est, simul potor. Compotor, qui cum alio solet potare. Iuuo, iuui, iutum, id est, auxilium do. Vergilius: Audētes fortuna iuuat. Itē delecto. Adiuuo, id est, iuuo. Terentius: Fortes fortuna adiuuat.

Præbet ui per itum cubo, cum sono, siue crepare,  
Et domo, siue tono, ueto, cum plico: nexo xui xum,  
Præbet ui per ctum frico, cum seco, iunge necare.

DE VERB. PRAETER. ET SUPIN.

Nulla supina creat mico dans micui: Datur aui

Nonnullis: aui tantum dat supplico, sicut

Omne plico uerbū quod dat cum nomine in cū.

Hæc septē uerba cubo, sono, crepo, domo, tono, uero, plico, faciunt per duas syllabas ui in præterito, & itum in supino, ut cubo cubui cubitum. Nexo facit nexui nexum: hæc tria uerba frico, seco, neco faciunt ui per duas syllabas in præterito, & stum præcedente litera c ante e in supino, ut frico ui, frictum, secui sectum, necui necstū. Mico micui facit absq; supino. Quædam ex dictis etiã dant aui in præterito: & similiter quod facile conicitur

atum in supino, ut increpo ui, uel increpau: implico ui uel aui, implicitum uel implicatum, sic dimico dimicui sine supino, ut mico ui, uel dimicau dimicatum. At suplico solū, facit supplicau supplicatū, ut omne compositū a

**Cubo** plico cum nomine, ut duplico duplicau duplicatum. Cubo, id est, iaceo, unde cubatio nō cubitio dicimus. Sic domatio, tonatio &c. dicimus, non domitio, tonitio, & contra domitus domitor &c. potius quàm domatus domator &c. Accubo uel accūbo, id est, assideo uel adiaceo me

**Accubo** se. Verg. Tu das epulis accūbere diuū. **Occubo** uel occumbō, id est, morior regit datiuum. Idem: Seu uersare dolos seu certæ occumbere morti.

**Procuubo** Procumbo, procubo, id est, cado. **Concuubo** uel concumbō, id est, condormio. Hinc concubina. **Decubo** uel decūbo, id est, deorsum cubo uel iaceo. **Discubo** nō discubo, cūbi capiēdi gratia iaceo uel assideo. **Recubo** uel recūbo, id est, cubo. **Incubo** uel incūbo, id est, in aliquo uel super aliquid iaceo. **Incūbo** etiã significat operā do, ut incūbo uirtuti. **Excubo** non excūbo, id est, uigilo, & diligenter custodio. Hinc excubitor & excubię. **Supercubo** nō supercumbo, super aliquid cubo. **Secubo** uel secūbo, id est, seorsum aut solū cubo. **Succūbo**, id est, subiicior, & alicui subiūgor. **Sono**, ui, itū, & rarissime aui atū. **Sonū** facere significat. **Cōsono**, simul sono aut concordo. **Difsono**, discor. **Insono** & **persono**, u. a. de sono. **Resono** sonū reddo. **Crepo**

LIBER QUINTVS.

Crepeo crepui crepitum, id est. uiolentum sonum facio. Crepo  
 Concrepo. Terentius: Ostium concrepuit. Etiam signat  
 concordo, ut discrepo, discordo. Item crepo, frangor si-  
 gnat: Capitur etiam pro desseo. Increpo, sonū facio. Etiam  
 cum clamore arguo. Domo, id est, māuetum facio, Edo  
 mo, perdomo, idem. Tono, ualde sono uel facio tonitru:  
 olim habuit tonauī, tonatum. Fuit etiam tertie. Veto ue-  
 tui uetutum, id est, prohibeo. Plico plicui plicutum, & ali-  
 quādo aui, atum. i. contraho & rugas facio. Plicatilis, qd  
 plicatur. Applico, id est, adiungo. Explico, extendo &  
 declaro. Implico, inuoluo innecto. Nexo nexas uel per  
 tertiam nexo nexis, id est, ligo uel necto. Frico, fricui fri-  
 ctum, aliquādo etiam fricauī fricatum, Hinc fricatio, fri-  
 ctio recte dicitur. Composita habent penultimam corre-  
 pram. Africo ad aliquid frico cum datiuo. Confrico, si-  
 mul frico. Defrico, deorsum frico. Infrico, intus frico.  
 Perfrico, totum frico. Refrico rursus frico, ut refrico de  
 fiderium aut dolorem, id est, rursus acquirō & quasi re-  
 uoco. Seco secui sectum. Composita penultimam corri- Seco  
 piunt, ut deseco, abscindo: dissecō, discindo, aut diuido:  
 refeco, amputo. Sic infeco, confeco, profeco, circumseco,  
 perfeco, interfeco, preseco, subseco, & cetera. Neco, ui, ne Neco  
 ctū uel aui, atū, id est, quacūq; re occido: Eneco, penulti-  
 ma correpta, id est, neco uel uexo. Terentius: Cur me ene-  
 cas. Enectus, id est, mortuus aut ferē mortuus. Mico mi- Mico  
 cui sine supino, id est, fulgeo proprie cū motu uel tremo-  
 re, ut ensis micat, fulgur micat, id est, salit & tremit. Cō-  
 posita penultimam corripit, ut emico, id est, effulgeo, Emico  
 emineo appareo. Dimico ui, sine supino, id est, pugno: Dimico  
 quod re fit, Contendo autem uerbis.

Secunda coniugatio.

**P**reteritum per ui facit es, per itamq; supinū.  
 Verbum secundæ coniugationis facit præteritum à se-  
 cunda persona presentis tēporis indicatiui modi singula-  
 ris numeri, mutādo es in ui per diuisas syllabas, & in su-  
 pino facit itū, ut habeo ui, itum, id est, possideo & teneo.



DE VERB. PRAETER. ET SUPIN.

**Prohibeo** Itē facio. Prohibeo, id est, ueto. Inhibeo uero ne in re co-  
 pta procedas. Praebeo, ui, itum, id est, do. Debeo ui itum,  
**Dehabeo** id est, obligor, utrunq; dicitur esse ab habeo contractū.  
**Arceo** Dehabeo retinet a, & significat non habeo. Arceo ui, itū,  
 significat pello aut aduenire non sino. Arcitum supinū  
 non est in usu, neq; inde participium arcitus & arcitur  
 leguntur, sed in usu olim fuisse ostendunt composita co-  
 erceo coercui coercitum &c. Supinum etiam fuit arētū.  
 Vnde nomē adhuc est arēt<sup>o</sup> a, um, id est, strict<sup>o</sup>, & frequē  
 tatiuum arētō, id est stringo: nam idē arceo aliquādo si-  
 gnificat. Composita mutāt a in e, ut coerceo coercui itū,  
**Exerceo** id est, contineo & cohibeo. Ab arceo, repello. Exerceo, a-  
 go. Et molesto uel fatigo. Terētius: I sane, ego te exerci-  
 bo hodie ut dign<sup>o</sup> es. Hinc exercitiū uel melius exercita-  
 tio à frequentatiuo exercito. Terreo ui itū, id est, temere  
 facio. Exterreo, deterreo, perterreo, id est, ualde terreo.  
 Pauca sunt exempla habentiū supina. Oīa ſba fecūde de  
 finūt in eo, & nulla alia praef hęc prime, beo, creoo, screeo,  
 meo, calceo, laſo, nauseo, enucleo: & duā ſrē, co, queo.  
 Dat doceo doctum, teneo tentum, pateoq;  
 Passum, sic mistum dat misceo, torreo tostum,  
 Censeo dat censum, careo cassum caritumq;.

Verba hic posita praeterita secundum regulam formāt,  
**Doceo** supina contra regulam, ut doceo ui, doctum &c. Doceo,  
 id est, doctrina imbuo. Edoceo, planē doceo. Perdoceo,  
 perfecte doceo. Dedoceo, contrario modo doceo, docēs  
**Teneo** alterum male docuisse. Teneo ui, tentū, id est, apprehēdo  
 detineo. Composita mutant e in i, ut retineo ui entū. Sic  
 detineo, contineo, obtineo, id est, acquirō. Sustineo ui, en-  
**Abstineo** tum, unde sustento as, id est, porto uel patior. Abstineo  
 ui, supinum esset abstentum, quod nunquam inueni, & si  
 significat tempero, & penē idem quod contineo. Terent.  
 Non manū abstines mastigia. Abstineo nullū uideo reti-  
**Pateo** nere supinū. Pateo ui, passum, id est, apertus sum. Pate-  
 ſeo, aperior. Patefacio, id est, aperio. Pando & patior eti-  
 am fa-

LIBER QUINTVS:

am faciūt passum. Misceo miscui mistum, per s potius q̄ Misceo  
 mixtum per x, si doctis & uetustati credimus, id est, con-  
 fundo & perturbo, ut misceo aquam uino. Admisceo, ad  
 aliquid misceo. Cōmisceo, ad aliquid misceo. Permisceo  
 ualde misceo. Promisceo, idem. Hinc promiscuus a, um. Torreo  
 Torreo ui, tostum, id est, uro, cremo, asso. Significat etiā  
 uertere & miscere. Torresco id est, torridus, hoc est siccus  
 aut aridus fio. Inde retorresco torrefacio, comburo, co-  
 quo, & multū calefacio. Censeo censum, id est iudico uel Censeo  
 existimo. Censor, iudex morum. Censura, iudicium. Suc  
 censeo, irascor. Terentius: Adolescenti nihil est quod suc  
 cenream. Careo ui, itum, secundum regulam, & cōtra re Carco  
 gulam cassum.

Polleo præterito caret: & uix nideo donat.

Polleo caret præterito, quod nideo uix habet. Polleo,  
 id est, possum, ualeo. Cato:

Ingenio pollet cui uim natura negauit.

Composita sunt præpolleo, præualeo, repolleo, reualeo,  
 æquipolleo, æquiualeo, Pollentia, id est, potentia. Nideo  
 & renideo, id est, splendo.

Quod dat ui neutrum: timeoq; carento supinis.

Tolle ualet, noceo, placeo, doleo, taceoq;  
 Paret, olet, careo, pateo, lateo, calet & li.

Verbum neutri generis secundæ coniugationis faciēs  
 præteritū per ui diuisas syllabas cū unico actiuo timeo  
 caret supino, ut splēdeo ui, ergo carent a supinis formā  
 diseiusmodi uerba, ut sunt participia præteriti tēporis  
 & futuri in rus, & uerbalia in io & c. Maxima pars uer-  
 borū secundæ coniugationis ad hanc regulam pertinet.

Madeo humidus & madidus sum. Permado, totus ma- Madeo  
 deo, ut permadidus sudore. Studeo teste Diomede, supi-  
 no caret, licet quidā iam studitū habere uelint. Studeo, id Studeo  
 est, operam impendo, ut studeo grammaticæ. Surdeo es Surdeo  
 ui, id est, surdus sum, Surdesco, surdus fio. Obsurdesco, id  
 est inobediēs sum. Sordeo, id est, sordidus et immundus Sordeo

DE VERB. PRAETER. ET SVPIN:

- Candeo** sum & uilis. Vergilius: Sordent tibi munera nostra. **Cā-**  
**Splendeo** deo, id est, splendidus & candidus sum. **Splēdeo**, id est, lu-  
 men emitto. **Excandeo**, uel **incandeo**, id est, ualde cādeo.  
**Et capiuntur pro uehementer irasci. Excandesco**, iratus  
 fio. **Frondo**, ex indignatione dētes concutio. **Frondeo**,  
 id est, frondes emitto. Vergilius:  
 Nunc frondent syluæ, nunc formosissimus annus.  
**Egeo**, id est, eo quod oportet habere careo. **Indigeo**, idē.  
**Indigus** & **egenus**, qui eget. **Egestas** & **indigētia**, id est, de-  
**Rigeo** fectus paupertas. **Rigeo** ui, id est, durus sum, ut uestis ri-  
**Vigeo** get gelu. **Rigor**, duritia. **Rigidus**, durus. **Vigeo** ui, uigor  
 rem habeo uel fortis sum. **Vigor**, id est, uis & fortitudo.  
**Languo** Lāgueo ui, id est, debilis sum, Lāguor, id est, debilitas, in-  
**Calleo** firmitas. **Calleo** gemino ll, id est callidus sum, & optime  
 intelligo. **Terēt**. Eius ingenii pulchre calleo. **Etiā signifi-**  
**Palleo** leo, idē. **Plin.** Longa patiētia occallui. **Palleo** ui, pallidus  
 sum, parū albeo. **Ouid.** Palleat oīs amās. **Expalleo**, ualde  
**Coaleo** palleo. **Coaleo** ui, id est cohereo **concreasco**. **Sileo**, sine so-  
**Sileo** no sum. **Vileo**, id est, uilis sum, parū æstimor. **Liqueo** lig-  
**Vileo** dus sum, id est, liqueco. **Deliqueo** & **deliqueco**, id est, ual-  
**Rubeo** de liqueco. **Albeo**, alb<sup>9</sup> sum. **Rubeo**, ruber sum. **Erubeo**,  
 id est, uereor. Sic **nigreo**, **uireo** &c. **Tabeo**, consumor &  
**Hebeo** pereor. **Intabeo** cōtabeo idē. **Hebeo**, hebes sum. **Aceo**, aci-  
 dus sum. **Inde hebesco**, **aceco**. **Iaceo** notum est. **capit pro**  
**Marceo** contemnor, ut pauper ubiq; iacet. **Marceo**, id est, putreo,  
 pereor. **Seneca**: **Marcet** sine aduersario uirtus. **Hinc mar-**  
**Flacceo** cesco, **marcidus** fio. **Flacceo**, id est, languo. **Flacceco**,  
 id est, flaccidus fio. **Fameo**, **esurio**, **famelicus** sum. **Hinc**  
**Tumeo** fameco, ut à **flammeo**, id est, ardeo, **flammeo**. **Tumeo**,  
 id est, inflor, **superbio**. **Hinc tumidus**, **inflatus**. **Tumor**,  
**inflatio**. **Plumēo**, id est, **plumas** habeo uel **acquirō**. **Hinc**  
**Caneo** **plumesco**. **Caneo**, **albos crines** habeo: **canesco**, **canus** fio.  
**Vanco**, **uanus** sum. **Euaneo**, id est, **perco** aut è **conspetu**  
**abco**. **Euanidus** **euanida** **euanidum**, quod facile **euane-**  
**Seneco** scit. **Seneco**, sum **senex**: sed magis in usu est **senesco**. **Te-**  
**peo**, id est, **tepidus** sum, nec planē **calidus** nec **frigidus**.  
**Torpe**

LIBER QUINTVS.

Torpesco: & nomen torpor, id est, ignauia. Stupeo, id est, miror, & alienationem sensuum patior. Hinc stupeo, stupor, stupidus, obstupeo, obstupeo. Areo, id est, aridus & ficans sum. Clareo, clarus sum. Floreo, flores profero. Horreo, id est, tremo, uel mente turbor. Scateo, id est, ebullio uel exilio, ut aqua scatet in fonte. Scaturio is ire, idem. Niteo ui, id est, splendo. Nitor, splendor. Nitidus, splendidus. Timeo timui, sine supino, id est metuo. Hinc pertimeo, pertimesco, pratimeo, & cetera. Pertimeo, ui, sine supino, quia neutrum est, licet ab actiuo formetur teneo. Tolle ualet nocco, & cetera. Pauca neutra quorum praterita per ui diuisas syllabas fiunt, supra retinent, ut ualeo ualui ualiturum, id est, possum, ualidus & sanus sum. Item apte loqueris cum Terentio: Valeant qui inter nos dissidium uolunt, id est, abeant. Valitudinarius, qui frequenter egrotat. Noceo nocui nociturum, id est, malum infero: nunquam nocui tibi. Placeo placui placitum, gratus sum. Perplaceo, ualde placeo. Complaceo, simul placeo. Displaceo, id est, non placeo, hoc mutat a in i breuem. Seneca: Argumentum est recti malis displicere. Doleo dolui dolutum, tristis sum. Taceo tacui tacitum, non loquor. Composita mutant a in i breuem, ut reticeo, obticeo, conticeo: unde conticesco, id est, taceo. Vergilius:

Conticuere omnes.

Lateo abscondor non compareo. Latet me, id est, nescio. Latet Deliteo delitui. Delitesco delitescis, id est, lateo. Pareo, parui paritum, obedio. Seneca: Deo parere libertas est. Etiam significat nosci. Vergilius:

Cui pecudum fibræ cœli cui sidera parent.

Compareo, id est, appareo. Dispareo, id est, euanesco, ex conspectu abeo. Caleo calui caliturum, quia inde caliturus legitur, id est, calidus sum. Ouidius:

Calituras ignibus aras.

Oleo patebit, & Licet licuit licitum cum liceo & liceor. Soleo solui fecit, nunc solitus sum, de quo & pluribus in sequentibus doceberis plene.



DE VERB. PRAETER. ET SUPIN.

Dant di sum prandet, uidet & sedet: at geminabit  
S sessum: stridet stridi facit absq; supino.

- Prandeo dat prandi pransum, uideo uidi uisum: sedeo  
fedi sessum, gemino si, strideo stridi, absq; supino. Prandeo  
facit etiam pransus sum: quia est neutropassiuum: ut  
gaudeo gauisum in supino, & gauisus sum in praeterito.  
Audeo ausum ausus sum. Mæreo mærtus sum: de quib;  
in sequenti libro agemus. Prandeo, prandium sumo, uel  
ante meridicm cibum sumo. Et ponitur simpliciter pro  
comedo. Diminutiuum a prandium est prandiolum &  
prandiculum, id est, ientaculum. Video notum est. Com  
posita corripiant i: ut prauideo, ante uideo. Prouideo,  
in futurum paro: ut fatis mihi prouidi. Hinc prouidus &  
prouisio. Inuideo, id est, lætor de alterius malo, & de bo  
nis alterius doleo: & dicitur quasi non libenter uideo: ut  
inuideo tibi sciētiam, id est, doleo te scire. Hinc inuidus,  
inuidia, & cætera. Sedeo notū est, sedet animo, id est, pla  
cet. Composita mutant e in i breuem omnia præter su  
perfedeo, id est, cesso cum ablatiuo. Plautus: Superfede  
istis rebus. Obsideo, circundo. Obsidio obsidionis, id est,  
obsessio. Omnia in praeterito retinent e longum: ut obse  
di, præfedi. Strideo, facio stridorem, id est, sonum uiolen  
tum: ut currus non linitus stridet. Dicitur etiam per ter  
tiam strido stridis, & cætera.

Di sum præterito geminato mordeo donat,  
Ut pendet, spondet, tondet: Donat ueo ui tum,  
Dic fautum, cautum: Veo neutra carento supinis.

- Quatuor uerba dant di, & sum, geminato principio  
praeteriti: ut mordeo momordi morsum, pendeo pepen  
di pensum, spondeo sponondi sine s in secunda syllaba,  
sponsum, tondeo totondi tonsum. Composita non gemi  
nant principiam praeteriti per regulam generalē prius  
dicātam: remordeo remordi, respondeo respondi. Mor  
deo, id est, dentibus lædo. Capitur pro lædo. Terentius:  
Par

LIBER QUINTVS.

Par pari referto quod eam mordeat. Admordeo, ualde mordeo. Demordeo morsu decerpo. Immordeo, morsu infligo. Obmordeo, circummordeo. Premordeo ante mordeo. Remordeo, crucio, sollicito. Remordeo itē, id est, iterum mordeo à quo læsus eram. Pēdeo, id est, su Pendeo spēsus sum. Capitur pro sollicitus sum. Composita sunt appendeo, dependeo, impendo, suspendeo. Spondeo, id Spondeo est, promitto. Despondeo, id est, in matrimonium promitto. Respondeo, ad interrogata sermonem reddo. Tō Tondeo deo, crines aut lanam seco forcipe. Detondeo, à summo usq; deorsum tondeo.

Dat ueo ui tum.

Verbum desinens in ueo facit præteritum in ui syllabam, quam supinum in tū mutat, ut moueo moui motū, foueo foui fotum, uoueo uoui uotum. Duo irregulariter supina faciunt, faueo faui fautum, caueo caui cautū. Moueo, de loco in locum muto. Terētius: Moue te ocyus Meueo nutrix. Amoueo, demoueo, remoueo, submoueo, id est, Foueo aufero. Foueo, calefacio, lenio, nutrio. Voueo religiose Voueo promitto. Votum, promissio & desiderium, ut compos uoti. Deuoueo, id est, per uotū do uel resigno. Caueo, id Caueo est, provideo, ut capiti tuo caueo. Cautio est, & cautione op<sup>9</sup> est. Pauco paui, sine supino, id est, timeo. Pauco, timi Pauco dus. Flaueo, flauus sum. Flauesco, flauus fio. Liueo, liuid<sup>9</sup> Flaueo sum, id est, sordidus & niger, atq; etiam inuidus. Aueo, id Liueo est, cupio. Ferueo uel ferbeo, id est ualde caleo. Deferueo Aueo .i. torpeo. Efferueo. i. effluo. Conniueo. i. claudio oculos.

Dant quoq; ui tum flet, plet, delet, net, ciet: adde

Cum uiet ortum oleo: Sed uult adoleuit, adultum.

Do simplex oleo per ui, mage nata per cui.

Sunt ad huc pauca secundæ coniugationis uerba facientia præterita per ui syllabā: supina uero per tum mutata ui in tum, ut fleo fleui fletū &c. Pleo, id est, plenū facio, non est in usu, sed bene cōposita, ut cōpleo, impleo, idem &c. Oleo oliui olitum, & quandoq; oleui oletum.

DE VERB. PRAETER. ET SUPIN.

Composita eius libentius cui etum, & aliquādo uinum.  
 Adoleo autē facit adoleui adoleūt. Depleo, id est, euacuo.  
 Deleo Expleo, id est, impleo. Oppleo, id est, impleo. Deleo, de-  
 les, id est, destruo. Deleo est ab eo quod idem significat leo,  
 Letum sed nō est in usu. Letū à leo, teste Prisciano, id est, mors,  
 Neo quia oīa delet. Neo neui netū. Cioo ciet, cuiū citū, resti  
 Cioo bus Diomede & Phoca, pro eodē dicit per quartā cioo cui  
 Cioo citū. Cioo uel cio, id est, uoco, prouoco. Cōposita utriusq;  
 semper sunt quartā: ut accio, cōcio, excio, &c. Accio, ad-  
 duco. Excio, euoco. Concio, conuoco. Oscito, id est, hio.  
 Vieo Vieo uies uiet uieui uietū, signifi. ās ligare & inflectere.  
 Oleo Oleo, odorē emitto. Aboleo, id est, deleo, extra cōsuetu-  
 dinem duco. Exoleo, extra consuetudinē uenio. Inoleo,  
 inualeo, in usum uenio, ut nō probāda res inoleuit. Obso-  
 leo, id est, fordeo uel exoleo. Tullius: Obsoleuit iam ista  
 ratio. Peroleo, ualde oleo. Suboleo, id est, odore sentio &  
 cognosco. Redoleo, id est, oleo. Adoleo adoleui adul-  
 tum, id est, cresco. Vergilius: Tu fac cum mox adoleue-  
 rit aetas sis memor.

Dant sum si suadet, ridet, manet, hæret, & ardet.

Et terget, mulcet, mulget, iubeo geminans ff,

Indulget si tum cum torquet sæpius optat.

Sorbeo p̄si tum dat, uel normam rite referuat,

Dans a per i maneo, minui facit absq; supino.

Sic urget si uult cum fulget, turget & alget.

Quædā habet si sum: ut suadeo suasi suasum, &c. Iubeo  
 iussi iussum gemino ff utrobq;. At indulgeo indulsi in-  
 dultū. Torqueo torsi tortū sæpius: aliquādo etiā indul-  
 sum, torsum. Sorbeo p̄si ptū, uel sorbui sorbitū. Cōposita  
 à maneo, mutātia a in i breue habet uis sine supino: ut e-  
 mineo eminui. Sic, id est, sine supino urget si facit: urgeo  
 urfi, cui iunguntur fulgeo fulsi, turgeo tursi, algeo alfi.  
 Ardeo in supino arsum. Suadeo, id est, cōsulo: Ouidius:

Nox & amor uinumq; nihil moderabile suadent.

Arrideo

LIBER QUINTVS.

Arrideo, id est, faueo: ut fortuna tibi arridet. Manco, bli Manco uen: ut mane nobiscum domine. Hæreo hæsi hæsum, han Hæreo gen offit an deuen. Terentius: Lingua hæret metu. Hinc hæsito hæstas, & capitur utrunq; pro dubito. Idem: Hæreo quid faciam. Idem: In te hæret omnis culpa, id est, sedet, stat uel est. Ardeo, id est, uror, inflammor: ut domus Ardeo ardet. Mulceo mulsi mulsum, uel mulxi multum, signi- Mulceo ficat lenire, mollire, blandiri, mitigare, dulcem facere, ungere, delectare, polire. Terentius: Non possum pati quin tibi caput demulceam. Mulgeo mulsi mulsum, uel mulxi Mulgeo multum, autor Priscianus, significat lac è māmīs exprimere. Iubeo iussi iussum, id est, impero. Itē rogo. Verg.

Infandum regina iubes renouare dolorem. Et dico uel opto. Terentius: Iubeo Chremetem saluere. Indulgeo indulsi indulsum, teste Prisciano, & frequētius indultū, id est, obsequor. Terētius: Nimiū filio indulges.

Torqueo torfi torsum, & sæpius tortum, id est, inflecto, inde tortilis, id est, tort<sup>9</sup>. Abstorqueo, torquēdo aufero.

Cōtorqueo, id est, torqueo. Sorbeo, deglutire quicq; molle. Exorbeo, absorbeo, obsorbeo, id est, totū sorbeo, & de

glutio. Sorbitio, sorbitiuncula. Vrgeo, id est, premo, cogō, cōpello, festino. Turgeo, id est, inflor, & tumeo. Tur- Turgeo

gesco, turgidus fio. Algeo, id est, frigeo. Horatius: Qui studet optatam cursu contingere metam, Multa tulit fecitq; puer, sudauit & alsit.

Abstinuit Venere & Baccho.

Xi tum dat mulcet, mulget, luget, uelut auget. Xi, friget, licet conuiuet, at absq; supino.

Hæc quatuor mulceo, mulgeo, lugeo, augeo, habēt xi in præterito, & stum, præcedente c in supino: ut mulceo

& mulgeo xi, multū. Lugeo luxi, id est, & doleo & tri- Lugeo stor, & ualde fleo. Augeo auxi auctū, id est, maius facio.

Adaugeo, multū augeo. Augesco, id est, cresco. Sugeo & sæpius sugo, id est, spiritu attraho uel succū traho, unde

exugo & exugeo. Tria faciūt xi absq; supino, frigeo xi, lugeo xi, cōnuceo cōnixi. Frigeo sum frigidus. Luceo lu- Luceo

xi, id



DE VERB. PRAETER. ET SUPIN.  
xi, id est, lucem emitto. Alluceo, ad aliquid luceo. In Psalmo: Alluxerunt fulgura eius orbi terræ. Colluceo, simul luceo. Vergilius:

Mœnia collucent flammis.

Eluceo emitto lucem. Illuceo, lucem immitto. Perluceo, uel r in l uerso pelluceo, id est, transluceo.

Tertia coniugatio.

**V**lt xi ctiq; cio. Facit & iacit ecit & actū.

Elicio per ui dat tū, fratres mage xi ctum.

Verbum tertiæ coniugationis desinens in cio dat xi in præterito & ctum per c in supino: ut aspicio aspexi aspectum, pelliceo pellexi pellectum. Excipiuntur facio feci factum, iacio ieci iactum. Quorum composita faciunt supina in ectum, per regulam: A quoties mutatur in i, & cætera: ut inficio infeci infectum, iniicio inieci iniectum.

**Elicio** Elicio magis habet elicui elicium quàm elixi electum: quod tamen aliquâdo habuit, unde est frequentatiuum electo. Plautus in *Asinaria*: Ibo aduersum atq; electabo.

**Specio** quicquid illuc sit. Specio spexi spectum, id est, uideo, iam exoleuit: manserunt in usu composita quæ mutant e in i breue: ut inspicio, aspicio, & cætera.

Dat fodi fossum gemino si, fugi fugitumq;.

**Fodio** Fodio facit fodi fossum gemino si, fugio autem fugi fugitum. Fugio, id est, uito & currendo relinquo.

Iui itumq; cupit, sapit ut, uel ui, dat itumq;.

Dat capio cepi captum: rapio rapui ptum.

Cupio facit cupiui cupitū, ut sapio sapiui sapitum penultima longa, quod uerbum etiam & sapius quidem facit sapiui sapitum, penultima breui. Capio cepi captum. Rapio rapui raptum, nec sunt plura in pio desinentia, nisi uerbum in præsentium hinc deductis penè obsolebit, & significat incipio.

Dat pario peperit partum paritum: Quatioq; Dat

LIBER QUINTVS.

Dat quassi quassum, cussi cussum dabo proli.

In rio unicum uerbū pario dat peperi partum uel partum. Hinc pariturus, illinc partus, parta, partū, & partio, partiōis, uel partus part<sup>9</sup> uel partui. In tio simplex, unicū est quatio quassi quassum: unde quatio quassas uerbum: prateritū quassi nō est in usu, teste Carisio. Cōposita sunt concutio concussi concussum, & cætera: gemino ff in prateritis & supinis.

Vult uo semper ui dans utum: uult struo xi ctum. Vo

Datq; fluo xi xum: pluo vi uel ui dat & utum.

Vultq; ruo ruitum, dat utum proles tibi solum.

Nulla supina dabunt metuo, luo, congruo: sicut

Annuo cum socijs, cluo, respuo, & ingruo iunctis.

Verba in uo, per diuisas syllabas desinentia, faciunt in prateritis ui, per diuisas syllabas, & in supino utum: ut arguo argui argutum, id est, accuso & reprehendo: ut ar Statuo guo te furti. Item ostendo uel indico. Statuo statui statu Statuo tum, id est, pono uel ordino. Composita mutant a in i, ut instituo institui institutum, id est, impono. Item doceo & instruo. Sternuo sternui sternutum: unde frequentati uum Sternuto sternutas, quod magis in usu est. Imbuo, Imbuo impleo, ac etiam perfundo. Horatius:

Quo semel est imbuta recens seruaabit odorem  
Testa diu.

A lauo composita huius coniugationis sunt, & in luo desinūt: ut diluo dilui dilutū Vult struo struxi structū. Excipiuntur aliqua à regula: Struo facit struxi structum, id est, paro aut facio ædificium. Fluo fluxi fluxum, Fluo proprium est liquorum fluentium: ut aqua fluit, oleum fluit. Pluo pluui uel plui plutum raro legitur, nisi in ter- Plo tia persona singulari. Luius libro secundo ab urbe condita: Lapidibus pluuisse. Ruo rui ruitū, id est, cado. Quæ Ruo dam carent supinis, ut: Metuo, id est, timeo. Luo, soluo. Metuo Congruo, concordo uel conuenio. Nuo, id est, caput mo uco,

DE VERB. PRAETER. ET SUPIN.

ueo, uel capite significo, facit nui nutum.

Bi bo bitumq; facit: scabo, lambo, carento supinis.

Vt cubo sic proles: dant scribo, nuboq; psi tum.

Verbum desinens in bo facit bi in praeterito, & bitum

Bibo in supino: ut bibo bibi bibitum. Naso:

Sæpe bibi succos quâmuīs inuitus amarus.

Scabo Scabo, id est, frico, supinū scabitū. Lambo lābi, id est, lin-  
Lambo go, supinū lambitū nō est in usu. Cōposita à cubo in cum  
bo per tertiā desinūt: & abiecto in praeteritis & supinis m  
faciunt cubui cubitū: ut cubo, uelut procumbo procubui

Scribo procubitū, &c. patent in prima coniugatione. Scribo psi

Nubo ptum, id est, literas formo. Nubo, uiro trador.

In ui, tum, mutat sco, pasco dat tibi pastum.

Agnosco, cognosco dabis per itum, nihil autem

Glisco dabit uelut inceptiua, poposcit habeto

Poscere, uult disco didici, compescit ui dis.

Hæc per itum flectam: Conquexi tolle supinum.

Verbum desinens in sco mutat sco in ui syllabā & tum,  
ut cresco creui cretum, nosco noui notum, quiesco quieui  
quietum, suesco sūeui suetum, ascisco ascīui ascitū, conscī-

sco conscīui conscitum, descisco descīui descitū. Excipiun-  
tu à regula aliqua: ut pasco, cognosco, agnosco, quæ præ-

terita regulariter formāt, pauz, cognoui, agnoui. Supi-  
Agnotum na uero cōtra regulam pastum, cognitum, agnotū. Legi  
Noscitum mustamen aliquādo regulariter agnitum. Nosco, notū

in usu habet. Videtur etiā noscitū aliquando habuisse.

Glisco caret praeterito & supino. Item praeteritis & supi-  
nis carent uerba inceptiua, id est, inchoatiua formæ sal-

tem proprijs. Capiunt autē praeteritū à primitiuis: ut ca-  
lesco calui, tepesco tepui, quæ praeterita magis à calesco

& tepesco uult esse Valla, q̄ à caleo tepeo. Quorundā pri-  
mitiua parum sunt in usu: ut increbresco increbrui, sene-

sco senui à seneo. Posco poposci, disco didici, compesco  
compe-

LIBER QUINTVS.

compescui, dispesco dispescui, quæ quatuor faciunt supina  
in itum, ut poscitur, discitur, & cætera. Conquinisco,  
coquexi sine supino dicimus. Cresco, id est, augeor:

Cresco

Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit.

Nosco, non ignoro: nosce te ipsum. Agnosco, cognosco,  
dinof. o, ferme significant idem, quod nosco. Ignosco, ue-

Nosco

niam do. Terentius: Pater obsecro ut mihi ignosceas. Quie-

sco, id est, non moueor. Item dormio, & curis siue labore

Suesco

uaco, & quiescere facio. Suesco, id est, soleo. Consuesco,

idem. Desuesco, consuetudinē perdo. Insuesco, ualde sue-

sco. Terentius in Adelphis: Qui mentiri aut fallere insue-

uerit patrem, tanto magis audebit cæteros. Insuetus no-

men, id est, non assuetus. Consuesco, ascisco, & cætera: ha-

bent præterita non propria, sed primitiuorum: ascio, con-

Concisco

sco, & cætera. Concisco, id est, consentio. Ascisco, adiu-

go, assumo, arrogo, attribuo, aggrego, admitto: aliquan-

Ascisco

do legimus ascio. Decisco ab opinione tua, id est, dissen-

Descisco

tio. Pasco, id est, nutrio. Glisco, id est, cresco. Reposco, re-

Pasco

pero. Deposco, ualde posco. Exposco, idem. Disco, capio

Glisco

doctrinã. Dedisco, negligo quæ didici. Edisco, memori-

Disco

ter disco. Addisco, id est, bene disco. Cõpescio, id est, coer-

ceo, cohibeo, domo. Iuuenã. Digito cõpescite labellũ. Con-

gnisco .i. caput inclino uel cõniueo. Ognisco sine b, etiã

significat inclino: unde nec præteritũ nec supinũ inueni.

N mota ci, etum uult uinco dat dicoq; xi, etum,

Vt duco: parco, si, sumq; pepercit itumq;.

Icere, ci, etum: In di, sum, do bene uertes.

Vinco facit uici uictum, ablata n liter a: dico xi, etum:

duco, xi, etum: parco, si, sum, uel pepercit parcitũ: ico, ici,

Parco

ictum. De parcitũ (quia aliqui negant parco pepercit supi-

num habere) Plinius lib. XXXIII. Italiæ parcitũ est uete-

Vinco

re interdicto patrũ. Vinco, supero. Cicero: Facile est uin-

cere nõ repugnãtes. Cõuinco, euinco, deuinco, idem. Di-

Dico

co, id est, loquor & nomino. Duco, notũ est. Seneca: Fãda

uolentẽ ducunt, nolentẽ trahũt: capit pro iudicare & exi-

stinare. In di sum do bene uertes. Do mutatur in di, &

sum



DE VERB. PRAETER. ET SUPIN.

Mando sum, ut mando mandi mansum, id est, comedo uel denti  
 Scando bus conficio. Scando scandi scansum. Defendo di sum, id  
 Defendo est, protego. Offendo di sum. Incendo di sum, est accen-  
 Offendo do, id est ardere facio.

Tolle cado cecidi casum, pandi cape passum.

Edi sum uel stum, dat pedo pepedit itumq;

Cædo cecidit habet, sic pendo pependit, & in sum

Fiet utrunq;, quib<sup>9</sup> par tædo est dans quoq; tentū.

Cado cecidi casum: pædo pandi pæsum. Edo pro come-  
 do, edi esum uel estum. Pedo pepedi peditum. Cædo cum  
 æ diphthongo cæcidi, secūda longa cæsum: pendo pepen-  
 di pensum, tendo tetendi tensum uel tentū. Hæc quinq;  
 geminant principū præteriti: Cado, pedo, cædo, pendo,  
 tendo, quorū composita non geminant: ut incido incidi, æ  
 penultima breui à cado: oppedo oppedi: occido occidi, æ  
 cædo, penultima longa: appendo appendi, attendo atten-

Cado di. Cado, id est, ruo: ut cecidit in foueam quam fecit. Et  
 morior. Cōposita mutāt a in i breue: ut occido occidi oc-  
 casus. Et morior, in Epitaphio Tullij:

Occidit indigne manibus laceratus iniquis  
 Tullius, ah tunulo conditus exiguo.

Procido, ante aliquem cado. Recido, iterū cado. Accido,  
 contingo: excido, incido, decido, satis nota sunt. Pando,

Pando id est, aperio & patefacio. Pando pandas primæ, id est, in-

Edo curuo: ut trabs sine onere pandatur. Edo es est, id est, co-

Pedo medo. Pedo, uentris crepitū facio, supinū est peditū, licet

Cædo nō sit multū frequens. Cædo, id est, percutio & amputo.

Pendo Pendo, suspendo: ut pendo furem uel togam. Tendo ten-

Tendo di tensum, uel tentum, id est, expando. Vergilius: Ten-  
 dunt uela noti, id est, illi uenti.

Quod do cōponit, didit atq; ditū dabit usq;.

Dic tamen abscondi, qd itum poscit mage q̄ sum.

Sido præteritum nescit, rudo strido, supinum.

Compo

## LIBER QUINTVS.

Compositū tertiæ coniugationis à do facit didi in præterito, & ditū in supino, ut addo addidi additū, id est, iungo, abdo, aufero uel abscondo. Condo, id est, facio: ut cōdo urbē. Et cōgrego uel tego. Plinius: Fornicæ condunt & stare fructus, quibus hyeme fruunt: recōdo & abscondo hinc ducta significāt tego. Aedo, id est, publico. Martialis: Quis tua nō edas carpis mea carmina Læli: Carpere uel nolinos tra uel ede tua. Trado, in potestātē alterius trāfero. Prodo, manifesto. Abscōdo sine geminatiōe, abscondi facit, & absconditū meli<sup>9</sup> q̄ abscōsum teste Dicmede.

Aedo  
Trado  
Prodo  
Abscondo

Tundo facit tutudi tunsū, compositū tūsum.

Scindo scidi scissum, findo fidi quoq; fissum.

Et fundo fudi fustum: si sum dato ludo,

Diuido cum uado, rado ceu lædere, trudo.

Tundo facit tutudi geminans principiū, in supino aut tunsū: in cōpositis ablata n̄ litera tūsum facit: ut contundo cōtudi contusum. Tundo, id est, percutio, pulso, & in uase quippiā cōminuo. Scindo scidi scissum, & findo fidi fissum, perdunt n̄ tam in præterito q̄ in supino, ubi geminant s̄. Fundo fudi fustum nō gemina: s̄, sed perdit n̄ tam in præterito q̄ in supino: ut tundo tutudi in præterito. Scindo, Cōscindo, Abscindo, amputo. Excindo, destruo uel ex aliquo scindo. Excidiū, destructio. Rescindo, iterū scindo uel nō seruo: ut rescindo pactū. Cōposita à scindo & findo in præterito corripunt penultimā.

Tundo  
Scindo  
Fundo

Lædo, dolore afficio, aut malū infero. Cōposita mutant & diphthongū in i longū, q̄d undiq; seruant: ut allido allisi allisum, ad aliquid lædo. Collido, fortiter cōcutio uel occido. Elido, idem. Illido, impellendo lædo uel trudo. Illæsus, id est, nō læsus nomē est, quia illædo nō dicit. Trudo, manibus pedibusue aut alia re impello. Mola trusatis, quæ manibus uersatur. Extrudo, expello. Intrudo, De trudo depello. Rodo mordendo comedo. Corrodo, con

Lædo  
Trudo  
Rodo  
Plaudo  
Claudo

tero. Erodo, de tribus effodio. Plaudo, manibus percutio. Applaudo, ad aliquē plaudo. Cōplodo, cōcutio. Claudio, uel mutata au in u longum, cludo clausi clausum, id est,

H operio.

DE VERB. PRAETER. ET SUPIN.

operio. Composita au semper in u lōgum uertunt, ut in cludo, excludo. Recludo, id est, aperio. Secludo, seorsum cludo, ut sit solus. Occludo. i. claudio. Concludo, simul claudio, & omnem exitum eripio. Cedo cessi cessum sine diphthongo, id est, abeo & locū do. Naso: Cede repugnāti, cedendo uictor abibis. Accedo, adeo. Excedo, exeo uel supero. Concedo, permitto, & do & eo. Incedo, ambulo. Succedo, sequor, & in locū alteri<sup>9</sup> uenio, ut Petro successit Linus. Secedo, seorsum eo. Secessus, secretus locus. An tecedo, præcedo, recedo, decedo, discedo satis nota sunt. Go, uel guo, xi ctumiq; facit: tamen ista supinis N tollunt pingunt, stringo, cum fingere, ringo. Tango facit tetigi tactum, dat ago egi, & actum. Vult frango fregi fractum: pegi, pepegiq;, Et panxi, pactum, pango: capiet lego gi ctum. At xi ctumiq; dabunt intelligo, negligo, dili. Dat pungo pupugi punxi punctum uenit inde.

Verbum in go uel in guo definens facit xi in præterito & ctum in supino, præcedente c, ut pergo perrexi perre-  
**Pergo** ctum, in re procedo. Terēt. Si pergis abiero. Affligo, cru-  
**Affligo** cio uel molesto. Confligo, pugno. Infligo, incutio. Plau-  
**Confligo** infixit mihi uulnus. Producent hæc penultimā, quorū  
**Rego** simplex fligo obsoleuit. Rego, guberno. Composita mu-  
 tant e in i breuem, ut arrigo arrexī arrectū. i. eleuo. Ter-  
 rent. Arrige aures Pamphile. Corrigo correxi correctū  
 .i. emēdo. Teren. Si quid peccatum est arte corrigas. Dir-  
 rigo direxi directū. i. duco & ordino. Surrigo. i. sursum  
**Assurgo** leuo. Exurgo, idem. Assurgo, honoris exhibendi gratia  
**Plango** surgo. Insurgo, contra aliquem surgo ad resistendū. Plā-  
 go planxi plāctum. i. tundo uel percutio. Clango. i. tuba  
**Stingo]** sono uel cano. Stingo uel stinguo stinxi stinctum. i. de-  
 leo, obsoleuit. Composita in usu sunt. Extinguo. Instin-  
**Vngo** guo. Instinctus. restinguo, Distinguo. Ninguit nixit, ni-  
 uē emittit. Vngo unxi unctum. Intingo. i. tingo, ut quā  
 intingit mecū manum in paropside. Tamē ista supinis:  
 Excū-



LIBER QUINTVS.

Excipiuntur à regula quædã, & primo quæ rectè præteritum formantia in supinis perdunt n, ut pingo pinxi pi- Stringo  
ctum. Stringo, xi, ctum. i. premo & arcto. Fingo finxi si  
ctum. i. formo. Figlina, officina figuli. Etiã significat si- Tango  
mulo. Tango terigi tactũ, geminat principũ præteriti, Cogo  
et utrobicq; perdit n. Cogo cogi coactum pro coago, ab Cogo  
ago fit, & significat compello, ut necessitas me coegit. Et  
in unũ ago. Verg. Tityre coge pecus. Frango, egi, ctum, Frango  
.i. rumpo, uel destruo. Cõposita mutãt a in i, ut confrin-  
go cõfregi contractũ, simul frango, aut frãgo uel defrin-  
go. Effringo, extra frãgo. Hic se effregit carcere. Terẽt-  
Aeschinus fores effregit: in ædes irruit alienas. Refringo,  
suffringo, infringo, offringo. i. frãgo. Pango pepegi  
geminato principio præteriti, id est, paciscor, ut multi di-  
cunt. Pango, id est, figo plãgo uel iũgo. Pactilis, pactus,  
ut pactilis corona. Luius: Clauum pangat, id est, figat.  
Lego legi lectum. Lego librum notum est. Lego

Dant si sum spargo, mergo, tergoq;: locabis

Per xi xum figo, frigoq;: carento supinis

Cum dego, satago, sugo, ceu linguat, & angit.

Vergo tenet neutrũ uelut ambigit. Ho dato xi ctũ. Ho

Meio facit minxi mictum, caue dicere mingo. Io

Hæc tria uerba spargo, mergo, tergo faciunt sum, ut  
sparfi sparsum, merfi mersum, terfi tersum. Spargo si Spargo  
sum. i. late proñcio. Cõposita mutãt a in e, ut aspergo,  
ad aliquẽ spargo. Tergo. i. tergeo: detergo idẽ. Fulgo si Tergo  
sum, iunxissem nisi usitatius esset per secundam fulgeo.

Duo habẽt xi xum, figo fixi fixũ: frigo frixi frixũ. Fi- Figo  
go, acuta re perforo & firmũ facio. Frigo, id est, torreo Frigo  
proprie in sartagine. Frixorium. i. sartago. Lingo linxi  
.i. lambo. Ango anxi anctum faceret, sed supinum obso- Ango  
leuit. Vergo uerfi uersum debuit facere, sed neutrũ est in Vergo  
usu. Ho dat xi, ctũ. Duo sunt uerba in ho, & faciũt xi, in  
præterito, & ctum præcedente c in supino, ut traho tra- Traho  
xi tractum: ueho uexi uectum. Traho, ui ad me rapio: Traho  
hinc trahea & traha, uehiculã sine rotis. Attraho, ad me



DE VERB. PRAETER. ET SUPIN.

traho. Abstraho, aufero. Contraho in unū traho, uel coligo. Hor. Cōtrahas uēto nīmū secūdo Turgida uela. Distraho, in diuersa traho. Tracto frequētatium. Felis amat cōrrectari. Detrecto, recuso. Inio per i consonantē unicū est uerbum, meio faciēs mixi mictū, & significat urinā facere. Per. Sacer est pueri locus extra Meite. Hor. II. Sermo. Ditiior aut formæ melioris meiat eodem.

Lo dat ui: colo, consulo, & oculo danī in ultum.  
 Altum dic uel itum, molitum molo, celloq; cellum.  
 Cælo facit ceculi culsum, pepuli dato pulsum.  
 Velli uel uulsi dat uulsum, fallo fefelli  
 Falsum, sublatum dat tollo sustulit atq;  
 Sallo facit falli falsum, psallo dato psalli,  
 Nulla supina dabunt psallo, uolo: iungito prolem.

Verbum definēs in lo, facit præteritum in lui per diuisas syllabas, ut colo colui, uolo uolui, alo alui, cōsulo cōsului, oculo ocului, cello cellui, & cuius cōposita in usu sunt antecello ui, excello ui &c. molo ui. Inter hæc colo, consulo, & oculo faciunt supinū in ultum, ut cultū, consultum, occultum. Alo dat altum uel alitum. Molo solū

- Molitum** molitum, unde nomen molitor. Cello sine diphthongo, Cello cellum facit: unde nomina celsus excelsus. Participia autem excelsus excelsurus nusquam inueni. Hoc cello significat id quod cedo cessi cessum. Cælo cum æ diphthongo ceculi culsum facit, & significat cædo cecidi cæsum. Hinc in usu est percælo. Pello facit pepuli pulsum. Vello uelli uel uulsi uulsum. Fallo facit fefelli falsum. Tollo sustuli sublatum à composito suo sustollo, uel teuli. Psallo psalli sine supino. Consulo cum datiuo, id est, consilium do, ut senes iunioribus consulūt: & prouideo, ut male consuluisti famæ tuę. Cōsulo cū actō, id est, peto cōsiliū, ut si cōscientia urgeat, sacerdotē cōsulito. Cello sine diphthōgo, id est, cedo, iā obsoleuit. Cōposita in usu sunt, excello, antecello, præcello. i. præcedo & supero. Dicimus quoq; per secundā excelleo. Cello cum æ diphthōgo, id

LIBER QUINTVS.

go, id est, cædo uel frango: extra cõpositionem iã nõ uti-  
mur. Procello, i. percutio, euerto: hinc procella, i. ueti cõ  
pluuia nec durans, & in mari potius q̃ in terra. Pello, cõ Pello  
cio, moueo. Boet. Gaudia pelle, pelle timorem. Et percu-  
tio. Terent. Tu ne has pepulisti fores. Hinc pulso pulsas, Vello  
percutio. Vello in præterito (ut dixi) uelli. Verg. Cynthi  
us aurẽ uellit & admonuit. Hinc uulsus & antiq; uolsus,  
id est, depilatus, mollis, effœminatus. Tollo, id est, eleuo. Tollo  
& sublimo. Sallo, sale condio uel conspergo. Salsus, sale Sallo  
conspersus: & qui salibus & scõmatis hominẽ aspergere  
nõuit, ut apud Horatiũ, salsus homo. Insulsus, non salsus Pfallo  
& ineptus. Pfallo precedente p, cano, & proprie instru-  
mento musico. Sal. Pfallere & cantare doctius, q̃ probæ  
mulieri satis est. Hinc psaltes, psalmus, psalterium.  
Mo per ui dat itum, tremo ponitur absq; supino.  
Dant p̃si, ptum demo, promo, cum sumere como,  
Vult emit emi emptũ: geminãs s̃, dat p̃mo s̃i s̃lum.  
Verbum desinens in mo, facit ui per diuisas syllabas &  
itũ, ut uomo ui uomitũ. Hinc euomo penultima breui-  
Terent. Ibo & requiram fratrẽ, ut in eum hæc euomam.  
Reuomo. Prouomo. Fremo ui, itum, grauiter & cõfuse  
sono. Fremor & fremitus, indignantĩ sonus. Gemo ui,  
itum. Quatuor in mo habet p̃si, ptum, demo dẽpsi dem  
ptum, promo prompti prõptum, sumo sumpsi sumptũ,  
como cõpsi cõptum. Promo, i. p̃fero, eloquor, expono. Promo  
Plau. Promptisti tu illi uinũ: nõ prõpsi. Como, id est, or Como  
no, & maxime capillos: cõptus ornatus: incõptus, inor-  
natus. Emo emi emptum, mercor, emi librũ. Composita Emo  
mutãt e in i breuem, ut redimo redemi, emptum, id est,  
rursus emo uel libero. Adimo aufero. Premo pressi, Preme  
ssum, utrobq; gemino s̃, calco uel innitor alicui rei cum  
põdere. Exprimo, premẽdo extraho. Et etiam eloquor.  
Pli. Exprimere non possum quãto gaudio sum affectus.  
Ponere cum gigno per ui, per itumq; locabo.  
Dico cano cecini cantum, per ui fit & entum  
Proles: dat temno p̃si ptum: sed uertimus in tum

DE VERB. PRAETER. ET SUPIN,  
Præteritis siui, spræui, stræui, quoq; creui.

Lini uel leui liuue litumq; supinum est.

Verba in no pauca sunt, nec datur hic regula, sed ponuntur singula: ideo pono & gigno habet ui per diuisas syllabas & itum, ut pono posui positum, gigno genui ge-

**Cano** nitum. Cano cecini cantum. Composita faciunt ui per duas syllabas, et centum, ut præcino præcinui præcinitum &c. Habuerunt quoq; hæc composita regulariter præ-

**Temno** terita accini, concini, occini &c. Teno psi ptum. Sino siui Sino situm. Terent. in Adel. Quia non siuit egestas: Lino lini,

Lino uel liui litū uel in præterito leui .i. aliqd superinduco, ut Pono lino faciē carbone, atramēto. Pono, colloco, cōstituo &

**Gigno** depono. Dispono .i. ordino, ut disposui domui tua. **Gir** Cano gno .i. genero: de uiro & de fœmina dicit Cano i. canto.

Verg. Non canimus surdis, Et carmine describo. Idē. Arma uirumq; cano. Temno & contemno .i. sperno. Verg.

Discere iustitiam moniti, & non temnere diuos. Terēt. Ego illum contempsi præ me. Sino permitto.

Po psi ptumq; facit: rupi ruptum dabo rumpo.

Donat ui per itū strepo cū crepo: dat coquo xi cū.

Vult linquo liqui, licitum natis dabis apte.

Verbum desinens in po, facit psi & ptum præcedēte p, repo repsi reptum, sic carpo, serpo, clepo, sculpo, scalpo.

At rumpo dēpta m, facit rupi ruptum: strepo ui itū, crepo (quod sæpius primę coniugationis est) facit ui itum.

**Repo** Repo, animalium est uentre gradientium, ut sunt Lūbri ci, serpentes &c. repunt etiam lacertæ & similia, quibus minimi pedes sunt. Reptilia, sunt animalia quæ repunt.

Composita penultimam producunt, ut adrepo uel arrepo, ad aliqd repo. Correpo, simul repo. Erepo, difficilia

loca ascēdo. Irrepo, intro uel latēter repo. Obrepo, clam uenio. Senectus obrepi homini. Sōnus obrepi oculis.

**Carpo** Perrepo, ad finem repo. Prærepo, ante repo. Carpo carpsi ptum, tollo. Verg. Carpent tua poma nepotes. Cōpo

fitā mutant a in e, ut decerpo, id est, carpo, plucken. Cōpo .i. repo. Serpēs, id est, anguis, quia serpit. Clepo is, clepsi



LIBER QUINTVS.

psi cleptum. i. furor. Livijs: Si quis clepsit ne populo sce-  
 lus esto: neue cui cleptū erit. Quis enim condentibus illis  
 Clepsisset. Sculpo psi ptum, est cædēdo et exacūdō ima **Sculpo**  
 ginem aliquam efficio. Ponit hoc uerbum Phocas. Dio-  
 medes negat simplex sculpo reperiri, dicit em̄: Calco fa-  
 cit inculco, nō incalco: scalpo inculpo: quare gēma scal-  
 pta dicendum est nō sculpta. Adiecta enim præpositiōe  
 facit inculpta. Scalpo scalpsi scalptū, non caret supino. **Scalpo**  
 Rūpo i. frango, rumpo uocē aut silentiū. i. loquor. Ab-  
 rumpo, ab aliquo rumpo. Corrumpto, destruo aut cōta-  
 mino, maculo. Dirūpo, in multas partes rumpo. Erūpo,  
 uiolēter & cum impetu exeo. Irrumpo, imperiū facio, uel  
 irruo, uel uiolēter intro. Strepo, sonū facio. Perstrepo, **Strepo**  
 ualde strepo. Instrepo, in aliquo strepo, apes instrepunt  
 floribus. Instreposito frequentatiuū est. Obstrepo, contra  
 strepo: obstrepo literis. i. rescribo. Sic instrepo, inter ali-  
 quid strepo, corripit omnia penultimā. Dat coquo xi,  
 tum. Duo sunt in quo, coquo coxi coctū, linquo liqui li-  
 ctum, quo supino in simplici uix utemur, quia nusquā le-  
 gi, sed bene in natis. i. cōpositis, ut relinquo reliq̄ relictū.  
 Coquo, esui apto. Coquo cereuisiam, non braxo. **Coquo**  
 Ro ui tumēq̄ dabit: gessi gero uult quoq̄ gestum. **Ro**  
 Vro ussi ac ustum, uerro ri, si dato uersum.  
 Curro cucurrit habet cursum, dat ui sero natum  
 Atq̄ ertum: dat euit etum sub duplici sensu.  
 Verbum desinens in ro, facit in præterito ui syllabā in  
 supino tum, ut tero triui tritum, quæro quæsiui quæsitū,  
 quod per syncopam etiam quæstum fecit. Vnde quæstus,  
 quæstor, & cætera, sero seui satum per primam uocalē.  
 Gero gessi gestum. Vro ussi ustum. Verro uerri uel uerri  
 uersum. Curro cucurri cursum. Composita non receden-  
 tia à significatione uerbi sero faciunt eui, penultima lon-  
 ga: quando uero non significāt seminare uel plātare ha-  
 bent rui & ertum, ut dissero disserui dissertum. Sic sero  
 olim habuit serui sertum. Quæro quæsiui quæsitū, cum s **Quæro**  
 in præterito & supino, inuestigo: ut quære fratrem. Et in-



DE VERB. PRAETER. ET SVPIN.

- terrogo, quero ex te: uel a te, nō quero tibi: magister que fuit de te, id est, qđ uulgo dicit post te. Cōposita mutāt a diphthōgon in i longā: ut acquirō, cōquirō, id est, quārendo inuenio, nāciscor, adipiscor, uel krygen. Disquirō, quāredo discerno: exquāro uel exquirō, diligenter quāro. Inquirō, id est, quāro & exploro, perquirō idē, nusq̄ resūmūt diphthongon. Gero, id est, porto, gerulus, portator & gestator. Gestare, id est, gerere. Gero ḡq̄: i. rego, ut Petrus se bene gerit. Cōposita corripit penultimā, ut aggero, apporto, cōgero: hinc agger. Aggero, as, primā .i. augeo. Vro .i. ardore aut frigore, nonnunq̄ etiam alia ui lādo. Vro hominē .i. dolore afficio. Cōposita penultimā producit: ut aduro adussi adustū. Et cōbuo .i. uro, ardere facio. Amburo, ex omni parte uro. Verro uerri, ardere facio. Amburo, ex omni parte uro. Verro uerri, ardere facio. Curro uersum .i. rado, teste Carisso. Curro cucurri cursum .i. ue lociter moueor. Accurro, ad aliquem curro. Cōcurro, simul curro. Sic excurro, incurro, p̄curro, facile patent. Occurro .i. obuio & resisto. Succurro .i. auxiliō & in mētem uenio. Sero seui satū .i. semino & plāto. Cōposita penultimā corripunt, ut assero asseui assertū prope sero uel planto. Assero asserui assertū .i. affirmo & defendo, uel libero. Fero tuli latū, a tulo obsoleto uerbo, hoc in sequenti libro patebit. Furo, cuius prima positio in usu nō est, p̄terito supinōq̄ apud ueteres caret, & significat insanio.
- So** So ui tumq̄ facit, si sumq̄ facefso capefso  
Cum uiso: pinso dat pinsuit, indeq̄ pistum.
- Lacefso** Verbum desinēs in so, facit suū & sitū: ut lacefso lacef suū lacef sitū penultima lōga .i. uexo & incito aut prouoco. Efficiā post hac ne quenq̄ uoce lacefso. Potest etiā in p̄terito habere lacefso, ut multi dicūt. Arcefso iui, itū .i. accuso, teste Diomede, nā accusare, ingt, a maleficijs est.
- Arcefso** arcerē. Accerfso iui, itū .i. eo ad uocandū uel uoco. Horat. Si melius qđ habes accerfse, uel imperiū fer. Terēt. Obstericē accerfso: hoc uenit ab accio is. Incefso iui itū .i. accuso uel impeto & amare irrideo, prouocoq̄. Tria ḡba in
- Facefso** so, faciunt si, sum. Facefso facefso .i. facio uel eo ad faciendum. Viso uisi, testibus Diomede & Carisso, & cū multis, licet

LIBER QUINTVS.

licet sint qui dicāt supino carere. Viso, eo ad videndū: re-  
uiso, inuiso, prouiso idē. Pinfo pinsui pistū. i. tundo.

Pinfo  
To

Xi xum dat plecto cum flecto, neclere, pecto.

Hæc q̄ xui duo dant: iui peto donat & itum.

Verba in to pauca sunt, ideo nō dat generalis regula,  
singula enumerant, & primo plecto facit xi, xum: flecto  
xi, xum: necto xi, uel xui, xū: pecto xi, uel xui, peto iui, Flecto  
itū. Flecto, inclino, uoluo, duco, curuo, moueo. Desfecto, Necto  
de aliq̄ flecto. Reflexo, iterū flecto. Circūflecto, circūpli  
co. Offlecto, cōtra flecto. Necto. i. ligo. Nexils. i. nexus, Necto  
ligatus. Hinc necto, innecto, cōnecto, &c. Pecto, capillos Pecto  
orno, uel simpliciter orno. Pex<sup>o</sup>, a, um. i. ornat<sup>o</sup>, pulcher, Peto  
cult<sup>o</sup>, elegās. Peto, cupio, oro, q̄ro: ut peto à te pecuniā. Peto

Mitto facit misi missum si geminando supino.

Sq̄q̄ meto geminans sicut & sum: uertoq̄q̄ uerti

Et uersum: sterto dat stertuit absq̄ supino.

Mitto dat misi missum gemino si in supino: meto facit  
messui messum gemino utrobicq̄ si. Verto dat uerti uer-  
sum: sterto stertui sine supino. Cato apud Priscianū: In cā  
po Tiburti ubi hordeū demessui. Cōmitto, cōmendo. Te  
rent. Quem lupo cōmisisti. Et facio, ut noli cōmittere ut  
merito ridearis. Et pecco. Cōmissum, cōpositio uel con-  
iunctio. Sūmitto. i. subdo. Sūmitto caput. i. obedio. Sum  
missus. i. humilis. Omitto. i. dimitto. Demitto, deorsum  
mitto: de priore, Horat. Quē sua culpa premit deceptus  
omite tueri; de altero. Idē: Demitto auriculas ut iniquæ  
sorris asellus. Meto, segetē uel herbā seco, amputo. Deme  
to penultima breui. i. amputo. Verto. i. muto & uoluo: Verto  
hinc frequētatiuū yso. i. cōtinuo uel multū yto, equ<sup>o</sup> y-  
sat molā. Quid uersas aīo. i. qd cogitas. Aduerto, ad ali-  
qd yto, aduerte mihi faciē. Et attēdo. Auerto, ab aliquo  
yto. Animaduerto. i. animū aduerto & noto cōsideroq̄.  
Terētius: Nunc quam rem uitio dent, animaduertite.

Neutrum sisto nihil dabit, actiuum stitit ædet,

Deinde statum format: nobis est Gellius autor.

DE VERB. PRAETER. ET SUPIN.

**Sisto** Sisto neutri generis. i. sto: caret proprio praeterito atque supino: potest tamen utrunque sumere a sto, sisto steti statum: & composita a sisto capiet utrunque: a compositis a sto, ut Consisto constiti constitum. Sic Resisto, Obviso, Assisto, Circumsisto, Persisto, Desisto, &c. quae eandem significati-  
nem habent cum a sto compositis. Sisto actiuum habet stiti in praeterito, & statum in supino, ex sententia Gellij.

Dat uiuo xi tum: Soluo ui format & utum,

Vt uoluo: calui caluo facit absque supino.

**Voluo** Quatuor sunt uerba in uo syllabam desinentia, quorum uiuo facit uixi uictum, Soluo solui solutum, Voluo uolui uolutum, Caluo calui sine supino: olim annumerabat cauo caui cautum, nunc caueo dicif. Voluo. i. uerto, uentile. Terent. Satis diu iam hoc saxum uoluo. Deuoluo, deorsum uoluo. Couoluo, simul uoluo. Inde deducit Couoluolus.

**Caluo** Caluo. i. decipio, frustror. Passiuum est caluor. A caluo fit calunia. i. uexatio alicuius in litibus per fraudem & frustrationem, lystricheit. Atque etiam falsa accusatio. Caluo, as, prima. i. caluum facio. Calueo, calu sum. Caluesco, fio calu.

Nexo xui xum uult: Texo xuit indeque textum.

**Nexo** In xo tertiae uerba duo sunt: Nexo nexui nexum. i. ne-cto. Andronicus per primam nexabat dixit, teste Prisciano.

**Texo** no. Texo, xui, textum. i. telam seruo. Terent. in Heaut. Textem telam studiose ipsam offendimus. Poniunt etiam pro componere, facere, fabricare, scribere, colligere: ut historias, tabellas & huiusmodi. Hinc textilis textile, quod texedo fit, ut textilis corona, textilis uestis. Hinc textor textrix textura, &c. Textum, id est, compositio & formatio. Attexo, appono, ad aliquid texo. Contexo, compono coniungo. Detexo, textum destruo uel dissoluo: aliquando significat ualde rego. Retexo, iterum texo & reformo.

Quarta coniugatio.

**I** Vi quarta facit, ut semper uertitur in tum.

Verbum quartae coniugationis facit in praeterito iui & Rescio in supino itum, ut eo iui itum, quo quiui quitum, audio au-  
diui auditum, scio scui scitum. Cio cuii citum. Rescio rescui re-  
scitum,



LIBER QUINTVS.

scitum, id est, percipio. Cio, id est, uoco. Crocio, uocife- Cio  
ror ut coruus. Glocio, sono, ut gallina quando incubat Crocio  
ouis. Ferocio, fio ferox & animosus. Fastidio, cōtemno. Glocio  
Linio, i. lino. Compedio, ligo pedes. Polio, i. orno. Redi- Ferocio  
mio, orno. Lasciuio, petulans sum. Soppio, dormire facio. Polio  
Garrio, multa & inepta loquor. Aues garrunt, i. cantil-  
lant. Sarrio, id est, purgo. Solum duo hic in eo desinūt, Sarrio  
scilicet eo & queo. Cætera in io terminantur.

Singultit uult singultum, sepelire sepultum.

Veneo dat uenum, ueni uentum uenio uult.

Excipiunt à regula quædã: primo, tria secundã regu-  
lam facientia præteritũ, & contra regulã supinũ, ut sin- Singultio  
gultio singultiu singultũ, sepelio sepeliui sepultũ, ueneo  
ueniui uel uenſi uenſi, at uenio facit ueni uentũ. Singul-  
tio grauius tussio, & singultũ emitto, ut faciunt fessi &  
infrigidati. Hinc singultim aduerbiũ, i. singultiendo. Ho-  
rarius: Vt ueni corã singultim pauca locutus. Sepelio, i.  
defunctũ condo ubiuus, humi aut in terra. Sepultus. Inse-  
pultus: ut humatus, inhumatus. Veneo, id est, uëdor, qua  
si uenũ eo. Supinũ multi grãmatici dicunt esse uenũ, à q̃ Venio  
tamẽ nullum format participium. Venio notũ est. Olim  
per tertiam ueno uenis dicebant autore Marcello. Com-  
posita corripiunt syllabam ue in præsentis, sed in præter-  
rito producent, ut aduenio, id est, ad aliquẽ uenio, hinc  
aduentus. Aduëto aduentas, id est, ueniẽdo propinquo.

Pone amicit per ui, per ctum, dat uincio xi ctum,

Sancio iungatur, quod & iui format & itum.

Amicio facit amicitũ, teste Diomode. Brutus in Amicio  
laudatione Appij Claudij: Toga prætexta amicit. Acti<sup>o</sup>  
etiã amixit protulit. Inuentũ est quoq; amicitui ut audi-  
ui, & significat uestio Amictus, i. uestitus. Amiculũ uesti-  
mentũ. Vincio uinxi uinctũ, sancio sanxi sanctũ. Ali-  
quando etiã sanciuu sancitũ. Vincio, i. ligo. Deuincio, obli-  
go uel cõiungo. Reuincio, i. uincio. Sancio, i. firmo. Sancio

Haurit si stum dat: psi ptum dat sepio, saltum

Et salui



DE VERB. PRAETER. ET SUPIN.

Et salui salio, proles formatur in ultum:

Dat pfi psum cambit, legi hæc quandoq; per iui.

**Haurio** Haurio hausi haustū. i. humorē excipio, extraho. **Sepio**  
**Sepio** sepfi septū. i. obstruo & circūdo. Cambio cābiui cambitū,  
 uel cāpsi campsum. i. muto pecuniā: hinc campfor. i. nu-  
 mularius. Campfo, as, frequentatiuum apud Ennium.

Sentio si sum uult, ut raucio, fulcio situm

Et sarcit sarcit: per ui mittatur & ertum

Ex pario natum: ri comperit & reperit uult.

**Sentio** Sētio sensi sensum, raucio rausi rausum. Lucilius: Rau-  
 furo tragicus qui carmina perdit. Sētio, aliq̄ sensu perci-  
**Raucio** pio. Raucio, i. raucus sum. Fulcio, i. sustineo, munio, for-  
**Sarcio** tifico. Sarcio integrū facio. Farcio, i. saturo uel repleo,  
**Farcio** sagino, pingue facio. Cōposita mutāt a in e, ut cōfercio,  
 refercio, differcio, offercio, infercio. **Offertissimus**. i. pin-  
**Aperio** guissimus. Aperio, refero, olim fecit aperiuī ut audiui, te  
**Operio** ste Phoca. Operio, tego. Cooperio, adoperio idem. Oper-  
 culum & operimentū, id est, tegmen. Opperior, gemino  
 pp deponens, id est, expecto. Comperio, inuenio. Repe-  
 rio, casu inuenio. Ouidius: Tu non inuenta reperta es. Pe-  
 nitur etiam simpliciter pro inuenio.

Aio præterito caret & meditantia uerba.

Parturio, esurio, cum nupturio uolo tolli,

Aio caret præterito, testibus grāmaticis, aio quartæ est,  
 testib⁹ Prisciano & Probo, q̄a imperatiu⁹ est ai: & Acti⁹  
 aiebāt pro aiebāt dixit, q̄d in quarta fieri solet. Ais tamen  
 inuenit secundā corripere, ut in uersificatoria probauit.  
 Aio, i. dico. Verba meditatiuæ formæ carēt præterito &  
 proinde supino: ut dicturio. i. cupio dicere. Esurio tñ esu-  
 riui facit, & parturio parturiui, nupturi⁹q; nupturiui.

Deponentium præterita ac supina.

**E**X or finitis actiuam fingito uocem:

Ut potior potio, formabitur inde positum.

Verbū deponēs ac etiā cōmune, facit supinū ex ficto in

o uer-

LIBER QVINTVS

o uerbo per remotionē r literę: ut potior, demer, flt pe-  
 rio is ire, hoc haberet potiuu potitū, ergo potior in supi-  
 no habebit potitū, deinde ex participio pteriti tēporis  
 cū ybo sum uel fui, facimus pteritū potit<sup>9</sup> sum uel fui.  
 Sic considerabis in lętor, uereor, osculor, irascor, nascor,  
 fungor, cōplector, amplector, opperior, experior &c. q̄  
 regulariter faciunt lātatum, ueritum, osculatum, ira-  
 tum, natum, functum, complexum, amplexum, opper-  
 tum, expertum, & cetera: quia actiua forent lęto, uereo,  
 osculo, complecto, quę facerent ut plecto, operio, expe-  
 rio, quę facerēt ut aperio, operio. Sic assentior assensum  
 ut assentio, patior passum, nam patio faceret passum, ut  
 quatio quassū quassum. Sic passiuā, ut amor legor, faciūt  
 amatū, lectū, quia sic faciūt actiua amo, lego. Declarabo  
 nōnulla regulę exēpla. Abominor. i. sperno. Glorior. i.  
 lator & gloriā habeo. Insidior, pono insidias. Halluci-  
 nor. i. erro. Cōcionor. i. loq̄r cōcioni & p̄dico. Digladi-  
 or. i. gladio pugno. Machinor, excogito uel callidē fa-  
 cio. Nugor. i. mētior. Precor, rogo. Speculor, considero.  
 Testor, testis sum & in testē accipio. Detestor, execror et  
 odio habeo. Obtestor, ualde oro & imploro. Vador. i. ua-  
 dibus aut spōsoribus obligo uel detineo, quod uulgus ar-  
 restare dicit. Verecūdor, uerecūdiā habeo. Tergiuersor,  
 tergū uerto, aut fugio, aut cedo. Suffragor, iuuo et cōsen-  
 tio. Refragor, resisto, cōtradico. Rimor. i. ingro. Rixor  
 i. litigo. Argumētior & ratiocinor. i. ratiōe, p̄bo. Piscor,  
 pisces capio. Venor, seras capio. Mutuor, mutuum acci-  
 pio. Obsonor, obsonia. i. cibos emo, dicitur etiā obsono.  
 Metor, pono uel cōstituo. Adminiculor, auxiliior, opitu-  
 lor. i. subuenio. Auertor. i. sperno. Aduersor. i. cōtrarius  
 sum. Prestolor. i. expecto. Lętor lętus sum. Exēpla secun-  
 dę cōiugationis per pauca sunt, ut uereor. i. timeo. Reue-  
 reor, honoro Hinc reuerētia & reuerēdus. Mereor, pate-  
 bit in sequēti libro. Liceor, p̄beo pecuniā, pro re emēda,  
 ponit pro æstimo. Licitor, aris idē. Tertię cōiugationis  
 etiā pauca sunt uerba regulā seruantia, ut irascor, habeo  
 irā. Subirascor, paulū irascor. Obirascor, cōtra irascor.  
 Nascor. i. orior, in mundū uenio. Agnascor, ad aliqd na-  
 scor.

DE VERB. PRAETER. ET SUPIN.

Fungor Innaſcor, in aliq̄ naſcor. Renāſcor, ruruſ ſuſ naſcor.  
 Cōplector Fungor. i. utor, ago. Cōplector, circundo uel cōprehē  
 Patior do. Amplector, idē. Patior, ſuſtineo, tolero. Cōpatior, cū  
 alio patior. Perperior a in e uerſo. i. ualde uel diu patior.

Quartę cōiugationis plura ſunt regulā ſeruatiā, ut po  
 tior: ſed hoc etiā in multis perſonis eſt tertię, & ſignificat  
 Blandior obtineo. Blandior .i. aſſentor ſiue aduloꝝ & applaudo.  
 Molior Molior, laboro, nitor, paro. Moliris mihi inſidias. Demo  
 Mentior lior, deſtruo. Amolior, amoueo. Terent. Hinc uos amo  
 Partior limini, quia mihi impedimēto eſtis. Mētiō, cōtra men  
 Sortior tem loquor. Sapiēs: Os q̄d mentiſ occidit animam. Par  
 Experior tior. i. diuido. Cōpoſita mutāt a in e, ut bipertior, triper  
 Opperior tior, &c. Sortior, ſortē emitto uel acquirō. Experior. i.  
 cōperio. Opperior, expecto. Sic largior, &c. Floratus:

Nec tardum opperior, nec præcedentibus inſio.

Nil formant ueſcor, liquor, medeor, reminiſcor.

Supinis & p̄inde p̄teritis carēt ueſcor, liq̄r, medeor, re  
 miniſcor, q̄z medeor ſecūde cōiugationis eſt, reliqua ter  
 tię. Veſcor. i. cibo utor et paſcor. Cōueſcor, ſimul ueſcor.  
 Liquor Liq̄r. i. liq̄o. Reminiſcor, recordor. Medeor, do medelā,

Reminiſcor Non ſeruant normam tutus, tuitus, ratus, raptus,  
 Et faſſus, fructus, fruitusq̄, profectus, & ultus,  
 Atq̄ ſequutus & experrectus, iunge loquutus,  
 Niſus, uel nixus, greſſus, uelut orſus, & uſus,  
 Oblitus, queſtus, commentus, iunge miſertus,  
 Et feſſus, menſus, lapſus, nactus, quoq̄ pactus,  
 Mortuus ac ortus, ſed donat iturus utruq̄.

Formant ſupina & proinde p̄terita cōtra regulā ſba,  
 Tueor q̄z participia p̄teriti tēp̄ oris in litera poſuimus. Tueor,  
 ſecūde tutū. i. deſendo: Supinū etiā eſt tuitū. Hinc partici  
 pium tuitus, et uerbale in io, tuitio: nō tuitus participiū  
 Tuor nec tuitio. Tuor, eris, infinitiuo tui, ſed nō eſt infinitiuo in  
 uſu niſi in cōpoſitis cōtui, intui, &c. nec habet tueri in in  
 finitiuo, niſi ut reminiſcor in præterito recordatus ſum.  
 Reor



LIBER QUINTVS.

Reor ratus sum fecūda .i. arbitror uel puto. Fateor fecū Reor  
 dē est .i. cōcedo me dixisse uel fecisse, ut fateor culpā. Cō Fateor  
 posita mutat a in i, ut cōfiteor idē. Fruor, eris tertiā ut Fruor  
 reliqua oīa, nisi exp̄sse aliud docuero, fructū uel fruitū: Profici  
 hinc fruct⁹ est, illinc fruitur⁹. Proficis. or. p̄fectus sum. i. scor  
 eo. Vlciscor ultus sum. i. uindico. Expergiscor experre- Vlciscor  
 etus sum. i. euigilo. Loqr locutus uel loquit⁹ sum. i. dico. Expergi  
 Nitor. i. conor, & agere laboro. Gradior gressus sum. i. scor  
 eo. Gradus. i. processus uel per qd itur. Cōposita mutant Loquor  
 a in e, ut aggredior. i. adeo. Ordior orsum & orsus sum Nitor  
 uel fui. i. incipio. Vtor usus sum, usum rei habeo. Obliui- Gradior  
 scor oblit⁹ sum. i. ē memoria aliqd euolare sino. Queror Ordior  
 questus sum, lamētor. Cōminiscor, cōmentus sum. i. ex- Vtor  
 cogito. Misereor, misertus sum. Fatiscor fessus sum, uix Obliuiscor  
 est in usu. Metior quartæ mēsus sum. i. pōdero & cōfide- Queror  
 ro, mēsurō, astimō. Labor lapsus sum. i. cado. Nanciscor Commin  
 nactus sum. i. acquirō. Paciscor pactus sum, facio pactū scor  
 uel in pactū peto. Morior participiū facit mortuus sum: Misereor  
 quod nōnulli nomen esse uolunt. Participiū futuri tēpo Fatiscor  
 ris est moriturus tanq̄ supinum fuerit moritū. Est autē Morior  
 morior ē uita discedere, & tertiæ cōiugationis est. Orior Labor  
 infinitiuum oriri per quartā habet: reliqua per tertiā sē- Nanciscor  
 pius, licet oriris non male dixeris.

GRAMMATICAE DESPAVTERIANAE  
 liber sextus, de uerbis defectiuis & anomalis.

**Q** Væ cōtra normā flectes anormia sunt,  
 Ut fero, sum, fio, uolo, eo, q̄o, sultis, edo, sis,  
 Ausim, queſo, forem, faxo, cedo, pluraq̄ multo.  
 Defectiua etiam sic ambest, inquo & inquam,  
 Infit, aue, ſalue, capſis, apage, quibus euge  
 Des & ait, sodes, ouat, omnia proſa recludet.

Verbum anomalū uel anorme est qd contra aliorū re  
 gulam coniugatur, ut sum es est. Fero sic cōiugatur: In  
 dicatiuo modo tēpore praſenti fero fers fert. Et plurali  
 ter ferimus fertis ferunt. Ferebam, &c. Tuli tulisti, &c.  
 Tule



DE VERB. DEFECTI. ET ANOM.

Tulerā, &c. Ferā ferēs feret, &c. Imperatiuo praesenti ferat. Et pluralit̄ feram⁹ ferte ferāt. Futuro fertō tu & ille. Et pluralit̄ feramus fertote ferūto, olim etiā ferūtote. Optatiuo utinā ferrē, &c. utinā tulissem, utinā feram ferēs. Cōiunctiuo cum ferā feras, cum ferrē, &c. cum tulerim, cum tulissem, cum tulerō. Infinitiuo praesenti ferre, praeterito tulisse. Futuro laturū esse. Gerūdia ferēdi ferēdo ferendū. Supina latum latu. Participia ferēs laturus. Passiuo genere, indicatiuo modo, feror ferris uel ferre ferē. Et pluraliter ferimur ferimini ferunē. Ferēbar, lat⁹ sum uel fui, latus erā uel fuerā, ferar fereris. Imperatiuo ferre ferat. Et pluraliter feramur ferimini ferant. Futuro fertor tu uel ille. Et pluraliter feramur ferimur feruntor. Optatiuo utinā ferrer ferreris, utinā latus essem uel fuisset, utinā ferar feraris. Cōiunctiuo cū ferar, &c. cum ferrer, cū latus sim uel fuerim, cum latus essem uel fuisset, cū lat⁹ ero uel fuero. Infinitiuo praesenti ferri. Praeterito latū esse uel fuisse. Futuro latū iri. Fero. i. porto, patior, cupio, dico. Possum potes potest, possumus potestis possunt. Poterā, potui, potuerā, poterō, &c. Comiciū est siem sies fiet sient, pro sim sis sit, &c. Sic possies. Fio, id est, efficior, irregulariter fierē pro fitē facit, & fieri pro firipreteritū est fact⁹ sum uel fui. Praesens imperatiui capit a futuro optatiui fias fiat, fiamus fiatis fiant, quia si nō dicis, & fite rarissime legis. Volo ex donato notū est. Imperatiuo caret, quia uolūtas libera est, tamē loco imperatiui aliquādo futuri optatiui capimus. Terēt. Quoēso & depol, quoniā nō possit fieri id quod uis, id uelis quod possis. Malo mauiis mauult, malumus mauultis malūt, malebam, malui, malueram, malam males malet. Optatiuo mallē, maluissem, malum. Cōiunctiuo malim, malie, maluissem, maluero. Infinitiuo malle, maluisse, ceteris caret: sic mauelim mauellē &c. Nolo similiter coniugaf, excepto imperatiuo. Nolo nonuis nonuult, nolumus nonuultis nolūt. nolui nolueram, nolā noles. Imperatiuo tēpore praesenti ad secundā personā nolito, & pluralit̄ nolitote. Optatiuo nollē, noluissem, nolim. Cōiunct. nolim, nollē, noluerim, noluissem, noluerō. Infinitiuo nolle, noluisse.

LIBER SEXTVS.

iuisse. Eo & queo per quartam coniugatur, & nihil irre- **Eo**  
 gulariter habent nisi ibam quibam, ibo quibo, & in qui- **Queo**  
 busdam temporibus aut personis secundam uocalem pro ter-  
 tia, ut eo is it, pluraliter imus itis eunt. ibam, iui, ueram,  
 eam, ies, &c. sed melius ibo. Imperatiuo eat, eamus, eunto  
 euntote, cetera recte. Optatiuo futuro eam &c. Coniuncti-  
 uo tempore presenti eam &c. cetera recte. Gerundia cum  
 dicundo eundum. Sic queo coniugabitur omnino, cuius ge-  
 rundia non inueni, nec a uenio participia. Sultis comicum **Sultis**  
 est pro si uultis, & sis pro si uis, & capsis pro cape si uis, so- **Sis**  
 des pro si audes. Indicatiuo modo tempore presenti ad **Capsis**  
 secundam personam singularem sodes, ceteris caret. Sic se- **Sodes**  
 cunda persona presentis indicatiui sis, & pluraliter sultis, **Edo**  
 ceteris caret. Edo es est, & pluraliter edim<sup>9</sup> editis edunt. **Edo**  
 Edebam, edi ederam, edam. Imperatiuo es, uel ede edat, & plu-  
 raliter edamus edite uel este edant. Futuro estio uel edi-  
 to, pluraliter edamus estote uel editote edunto uel edun-  
 tote. Optatiuo essem, edissem, edam. Coniunctiuo edam,  
 essem, ederim, edissem, edero. Infinitiuo esse, edisse, esse  
 esse. Gerundia edendi edendo edendam. Supina esum esu uel **Ausim**  
 estum estu Passiuum regulare est, nisi quod estur pro edi- **Ausim**  
 tur etiam dicitur. Ausim. Indicatiuo uel optatiui futuri tempo- **Ausim**  
 ris ausim is, it, & pluraliter ausint, ceteris caret. i. audibo **Quæso**  
 uel utinam audiam. Liuius libro primo: Nec si sciam dicere **Quæso**  
 ausim. Quæso: Indicatiuo tempore presenti ad primam **Quæso**  
 personam quæso, & pluraliter per eandem personam quæ- **Forem**  
 sumus irregulariter u pro i. i. rogo & rogam<sup>9</sup>. Cetera ex **Forem**  
 oleucunt. Forem: Optatiuo modo tempore presenti & pre- **Forem**  
 terito imperfecto, & coniunctiuo modo tempore presenti & **Forem**  
 pro imperfecto utinam uel qui fore fores fores, & plura **Forem**  
 liter foret. i. essem esses esset essent. Infinitiuo futuro fore **Faxo**  
 re. i. futurum esse, & ita differt ab esse contra indoctos, cæ- **Faxo**  
 teris caret. Teret. Dixit hoc fore? Faxo: Indicatiui modi **Faxo**  
 est futurum temporis pro faciam. Coniugatur autem sic, fa- **Faxo**  
 xo, is it, & pluraliter faxunt. Dicim<sup>9</sup> etiam faxim is it, & plu- **Cedo**  
 raliter faximus faxitis faxint, pro faciam facias &c. uel fe- **Cedo**  
 cerim is it &c. Cedo: Imperatiuo modo tempore presenti **Cedo**  
 ad secundam personam cedo, id est, dic uel da, & pluraliter

DE VERB. PRAETER. ET SVPIŃ.

- ad eãdem personã cedite, id est, dicite uel date, cæteris ca-  
ret. Terentius in Phor. Tu mihi argentum cedo. Plaut.  
Cedo marsupiu. Teret. Quid factum est cedo. Cedit e a<sup>o</sup>  
**Ambest** pud Plautum reperies. Ambest, tertia persona præsen-  
**Iniquio** tis indicatiui pro circumest, sola est. Inquio uel inquã,  
**Inquam** id est, dico. Indicatio modo tempore præsentis inquio in-  
quis inquit. Et pluraliter inquit. Præterito perfecto,  
inquisti inquit. Futuro inques, & Imperatio modo tẽ-  
pore præsentis ad secundam & tertiam personam, inque  
inquat. Futuro optatiui inqat. Hæc in usu sunt: reliqua  
olim lecta, inquitis, inquitis, inquam, inquit, inquit  
**Infit** &c. inquitis &c. iam penè omnino exoleuerũt. Infit ter-  
tia persona præsentis & præteriti perfecti indicatiui tã-  
tum est in usu, licet Varro infio dixit, & nonnulli infiũt.  
Verg. duodecimo Aeneid. Ita turbidus infit. i. dicere inci-  
pit. Aue: Imperatio modo ad secundã undiq; personã,  
**Aue** Aue, & pluralit̃ auete. Futuro aueto, & pluralit̃ auetote.  
**Salue** Infinitiuo modo tẽpore pñti, auere. Sic cõiugat̃ salue, u-  
**Apagē** truncq; est salutãtis uerbũ, ut aue Maria, salue regina. A-  
page: Imperatio mō tempore pñti ad secundã personã,  
apage. Et pluralit̃ ad eandẽ personã, apagete. i. abduc-  
remoue. Ab ἀφ. i. ab, & Græco ὕβο ἄρω. i. duco. Aio. i. di-  
**Aio** co. Indicatio modo tẽpore pñti, Aio ais ait, & pluralit̃,  
aiũt. Pto imperfecto aiebã &c. integrũ est. Pto perfecto,  
aisti, & pluralit̃, aistis. Imperatio tẽpore pñti ad secun-  
dã personã, ai. Futuro optatiui et pñti cõiunctiui aias  
aiat, & pluraliter, aiam<sup>o</sup> aiãt. Participiũ est aies. Cætera  
nō sunt in usu, licet quidã ponãt aiam aies aiet, plurãq;  
**Ouat** Plaut. Vel tu mihi aias uel neges, Idẽ: Vel ai uel nega. O-  
uat. Phocas solũ ponit hãc tertiã personã: participiũ est  
ouãs. Reliqua part̃ sunt in usu, licet quidã ponãt ouo, as  
**Amabo** at &c. sine eclipsi. Amabo integrũ est, qã coniugat̃ amo  
amas, nec est pprie interiectio, licet interiectiois uel ad  
**Explicit** uerbũ officio iungat̃ blandiẽdũ, regit enim post se accusa-  
tiuum ut amo. Explicit, & pluraliter expliciunt.  
**Dor, furo, for, der, fer, uix unquam** suscipit usus,  
 Primæ personæ dor, furo, for, der, fer, à dari non sunt  
 in usu,



## LIBER SEXTVS.

in usu, teste Martiano capella, id de simplicib<sup>9</sup> intellige,  
quia pessundor, affor bene dicimus.

Dic, duc, fac, fer, ais, fice non sic dicitur apte.

Per apocopē dicim<sup>9</sup> dic, duc, fac, fer, pro dice face &c.  
Sic prædic, adduc, benefac, perfer. Cōposita autē à facio  
ubi a in i uertit, nō patiunt apo: opē, q̄a perface, infice di  
cim<sup>9</sup> non perfic &c. leges aliquādo dice, duce, face, Ter.  
Orandi iam finem face. Idem: Me missum face.

Syncopa diminuit de ui formata frequenter.

Ni dissyllaba sint: tamen inuenies bene nosti,

Et scisti, flasti, flecti, sic plura notabis.

Syncopa p̄teritis in ui syllabā desinentib<sup>9</sup> & inde for  
matis sepe cōtingit, ut petiī, p̄ petiui, formasti, p̄ forma  
uisti, rediī, p̄ rediuit, &c. Dissyllaba rarius syncopāi, q̄a  
nosti, p̄ nouisti, nasti, p̄ nauisti, isti pro iuisti, tristi, p̄ tri  
uisti, uix usq̄ inuenies, præsertim extra cōpositionem, q̄a  
cōmosti, redisti uel redisti intristi, & plura aliquādo le  
ges, ut frequenter nosti, scisti, flasti, flecti. Hor. Vnde tam  
bene me nosti. Terent. Scisti uti foro. Idem: Omnes con  
gruunt, unum quum noris, omnes noris.

Præteritum signant & præsens præteritiua

Sub uoce hæc, odi, cœpi, noui, meminiq̄,

Et pepegi, memini, tote atq̄ memento reponit.

Hæc q̄nq; v̄ba odi, cœpi, noui, memini, pepegi, sub uoce  
præterita significāt p̄sens & pt̄m tā imperfectū q̄ perfe  
ctū, ut odi. i. odio habeo habebā uel habui. Sic cœpi, inci  
pio incipiebā uel incœpi. Sic dices de reliq̄. Ethnici sepi<sup>9</sup>  
odi dicūt. Hor. Oderūt peccare boni uirtutis amore. Di  
cta v̄ba solū habent tēpora à pt̄o formata, ut odi, oderā,  
odissem, oderim, odissem, odero, odisse. Sic reliq̄. Memi  
ni ultra alia habet in futuro imperatiui memēto tu, me  
mētote uos. Meminero, odero &c. etiā habent sensum fu  
turi indicatiui. Memini. i. recordor uel recordatus sum.  
facit participium meminens raro lectum.

Memini



DE VERB. DEFECT. ET ANOM.

Sunt neutropassiuua solet, fit, fidit, & audet.

Mæreo cum gaudet, passiuum præteritum dant.

Ast utrunq; uolunt, titubo, placeo, pateoq;

Suesco, caret, iuro, prandet, nubit, miser etq;

Cœno, piget, tædet, pudet, & licet: addito potō.

Et libet & mereor, pro quo mereo quoq; legi.

Verbū neutropassiuū est quod desinēs in o facit præteritum, ac si desineret in or, ut soleo solitus sum, fio factus sum, fido fisis sum, audeo ausus sum, mæreo mæstus sum, gaudeo gausus sum. Quædā retinēt utrūq; ptīm actiue & passiuę uocis, ut titubo titubauī uel titubatus sum, placeo placui & placit<sup>9</sup> sum, careo carui & cassus sum, iuro iurauī iurat<sup>9</sup> sum, prædeo prædi & præsus sum, nubo nupsi & nupta sum, miseret miseruit & misertum est, cœno cœnauī & cœnatus sum, piget piguit & pigitū est, tædet tæduīt & tæsum est, q̄a tæsum nō est in usu, pertædet pertæduīt et pertæsum est, pudet puduit et puditū est, licet licuit et licitū est, potō potauī & pot<sup>9</sup> sum, libet libuit et libitū est, mereor meruī et meritus sum. Fio q̄rtę est. Hor.

**Fido** Lenior et melior sis accedēte senectā. Fido, fidutiā et sp̄s habeo. Confido idē. Diffido, non fido. Fidus, cui fidendū

**Audeo** est. Audeo, sum audax. Mæreo mæstus sum per æ uel œ

**Mæreo** diphthongon. i. lugeo et tristor. Mæror, mæstitia idē. i.

**Gaudeo** luctus, tristitia. Gaudeo, lætor. Propheta: Non est gaude

**Titubo** re impijs dicit dñs. Titubo. i. lingua uel pedibus uacillo, nec insistere queo. Oui. Haud aliter titubat q̄ si mera uī

**Iuro** na bibisset. Iuro, iuramentū facio aut præsto.

Passiue signant sub o uapulo, ueneo, fio,

Exulo cum nubo liceo quibus addimus apte.

Verbū neutropassiuū est q̄d in o desinēs, passiue significat, ut sex hic posita. Vapulo. i. percutior. Plau. Vide sis

q̄ mox uapulare uis nisi actutū hinc abis. Fio, efficior. Veneo, uendo. Veteres ueneor dixere. Exulo, exul fio & patria expellor. Liceo, ḡstimor. Nubo, uiro trador.

DE VERB. DEFECT. ET ANOM.

Abundantia, & primo uerba communia,

Hæc & plura leges, communia, largior, hortor,  
 Osculor, experior, stipulor, moror, hospitor atq;  
 Criminator, amplector, ueneror cū dignor adūlor,  
 Obliuiscor eis, interpretor, addito solor.

Verbū abundās est qđ sub una uoce actiue & passiue si  
 gnicat, ut uerbum cōmune, ueluti largior, hortor, &c. **Lauo**  
 Aut cū idē est diuersæ cōiugationū, ut lauo as, uel lauo  
 is. Aut cū aliqua in p̄teritis supinī sue coincidūt, ut mul-  
 ceo & mulgeo mulsi mulsum. Aut cū idē multiplex p̄teri-  
 tū aut supinū habet, ut sapio sapui uel sapiui, horz multa  
 ex dictis satis patēt, ut lauo, qđ etiā tertiæ esse ante p̄ba-  
 uimus. Duro dureo, liq̄ liqueo. Neo nes, & p̄ eodē neo ne **Neo**  
 is neit, ueteres dixere. Fūdo as, i. fundamentū iacio. Fūdo  
 is, spargo, &c. Dico as, cōsecro. Dico dicis, loq̄r. Volo uor  
 las, ut aues. Volo uis, cupio, &c. Lego legas, legatū mitto  
 uel testamento do. Lego is, patuit. Sero as, claudio. Sero  
 is, semino uel planto. Educo as, penultima breui. i. nu-  
 trio. Educo is, penultima lōga, extra duco. Talia, diligēs  
 p̄ceptor per se plura inuenier, nos receptui canimus, pau-  
 lulū tm̄, de cōmunibus dicturi. Verbū cōmune est, qđ in  
 or definēs actiue & passiue significat, ut largior iris. i. tri **Largior**  
 buo aut tribuor. Osculor, osculū do uel accipio. Stipulor **Osculor**  
 .i. rogo uel rogor in obligatione cōtrahenda. Moror, in **Moror**  
 mora teneo uel teneor. Expecto uel or. **Quis te moratus** **Moror**  
 est? Hospitor, suscipio uel suscipior hospitio. Criminator .i. **Hospitor**  
 accuso uel accusor. Crimē, accusatio uel peccatū. Ample **Criminor**  
 ctor, circūdo uel circūdor, & accipio uel accipior. Senec. **Ample**  
 Mala pro bonis amplecti demētia est. Veneror .i. hono- **ctor.**  
 ro uel honoror. Hinc uenerādus, uenerabilis, ueneratio.  
 Dignor, dignū iudico uel iudicor. Interp̄tor, declaro, uel **Dignor**  
 or; lōge plura ponit cū alijs Priscianus, ut auxilior, me-  
 deor, tutor, tueor, conspicio, despicio, metior, aspernor,  
 miror, cōsecutor, carnificor, cōsequor, assestor, asseqr̄, ad-  
 miniculator, auguror, dominor, architector, abominor,  
 aggredior, machinor, furor, uenor, frustor, arbitrator, re-  
 or,

LIBER SEXTVS.

or, metor, adior, blandior, calūnior, argumentor, excor, cōplector, uociferor, amplexor, demolior, fari, uelificor, depeculor, adipiscor, polliceor, exorior, patior.

GRAMMATICAE DESPAVTERIANÆ liber septimus. De uerborum formis,

**P**Ræcipuas uerbi formas cognosce quaternas. Formæ uerboꝝ principales sunt quatuor, perfecta ut lego, meditatiua ut lecturio, inchoatiua ut seruesco caleſco. Priscianus ponit plures formas minus principales. Desideratiuā ut uiso, capesso, facesso, id est, cupio uidere, capere, facere, hoc dictū reprobat Valla, quia uiso nō cupio uidere, sed eo ad uidendū significat, sic capesso, &c. Diminutiua, ut garrulo, modicum garrulo. Sorbillo, parū sorbeo. Cauillo, aliquantulū caluo. Dic etiam cauillor. Pitisso, modicū bibo. Sūt itē quædā apparatus dicta, ut albico. i. albo. Fodico, fodio. Nutrico, nutrio. Vellico, uello aut carpo. Poetor, aris, Philosophor, aris. i. operā do poetis & philosophis, aut hos imitor. Gregor et peregror. i. more Græcorū indulgeo genio. Fiūt hęc uerba à nominibus & aduerbijs, ut lignor frumētor perēdino, &c. q̄ nō habēt certā informatiōis regulā, ideo reliqs̄ omiſſis solū de frequētijs, q̄ etiā iteratiua dicunt, & inchoatiuis uel inceptiuis, meditatiuisq̄ dicemus.

De frequētijs seu iteratijs.

Sic iteratiuum formes: ito fiat ab atum,

V per o mutabunt bene cætera uerba supini.

Si fuit or manet or: sunt cūcta frequētia primæ.

Prætereunt legem nato, quærito, fundito, scitor.

Sciscitor atq; agito, sector, loquitor pauitorq;

Perſcrutando libros doctorum plura notabis.

Verbū frequētiuū uel (ut Diomedi placet) iteratiuū est, q̄d assiduā uel potius frequētē in agēdo uim habet, & frequēt agēdo iterat affectū, ut salto, clamito. Formæ aut dupliciter, primo, à uerbis primæ cōiugationis habentur.

DE VERB. FORM. LIB. SEPTIM.

tibus in supinis atq̄ penultima lōga, mutādo a longā in  
i breuē. & u uel um in o, ut imperatū uel imperatu impe-  
rito: clamatū clamito, uolatū uolito, &c. Reliqua frequē  
tatiua formant ā supino mutādo um uel u in o, ut cur-  
sum uel cursu curso cursas, saltū salto. Dormitū dormi-  
to, as. Tueor, tutū, tutor, tutaris, ga ex ŷbis in or, sistit fre-  
quētatiua in or, ueluti minor minatū minitor. Formā  
cōtra regulā quēdā, no natū, nato, as. Ago agito facit ut **Agito**  
cōpositū eius co go cogito. i. rē frequēter ad memoriā du-  
co uel cogo. Oīa frequētatiua sunt primæ cōiugatiōis.

De inceptiuis seu inchoatiuis.

Præsentis primiq̄ modi co iunge secundæ

Personæ, si uis uerba inceptiua creare.

Sic ferues feruesco facit: sed tollitur hisco.

Verbū inchoatiuæ uel inceptiua formæ est, q̄d cōtinuū  
incrementū passiōis innatæ significat, & ā Valla augmē-  
tatiuū appellat. Et ppriē tm fit ā neutris secūda cōiuga-  
tioni addēdo secūda personæ p̄sentis indicatiui singula-  
ris nūeri syllabā co, ut tepeo tepes tepesco. i. in horas ma-  
gis tepesio. Caleasco. i. fio calid⁹. Sic a gresco, albesco, fer-  
uesco, ardesco, madesco, &c. Quorundā primitiua in usu  
nō sunt, ut ignesco, sanesco, herbesco, liqueco, iuuenesco,  
senesco, &c. q̄ sunt ex obsoletis ŷbis. Quę similit̄ in seo de-  
sinētia, formant ab alijs ŷbis q̄ ā neutris secūde, nō pro-  
prie dicēda sunt inchoatiua: sed inchoatiuis formatiōe si-  
mila: uulgo tm etiā inchoatiua dicunt, ut p̄sentisco. i. p̄-  
sentio. Concupisco. i. cupio. Viuisco, uiuo. Labasco, ama- **Labasco**  
sco, integrasco. Vnū format irregularit̄ hisco ab hio, as: **Integrasco**  
quia regula poscit hiasco. Et est hiscere proprie oscitare.

De meditatiuis quæ & desideratiua.

In meditatiuis quod in u fit iunge supino,

V semper breuians rio, sic dabit esurit esu.  
Meditatiuū uerbū est q̄d cū primitiuo significat cupio,  
ut esurio, esse cupio. Format meditatiuis ā posteriore su-  
pino correpta u & adiecta rio, ut partu parturio. i. cupio  
aut conor p̄rere. Vergilius: parturit almus ager.

F I N I S.



THE HISTORY OF THE

... of the ...  
... of the ...  
... of the ...

... of the ...  
... of the ...  
... of the ...

... of the ...  
... of the ...  
... of the ...

... of the ...  
... of the ...  
... of the ...